

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Martini Chemnitii, Doctoris Theologi celeberrimi, Harmonia Quatuor Evangelistarum

Quam ab Eodem feliciter inchoatam ... D. Polycarpus Lyserus, et D.
Johannes Gerhardus, ... Is quidem continuavit, Hic perfecit ; Opus
Eruditionis Stupendæ, Orthodoxorum consensu approbatum, idemque tot
Eruditorum desideriis adhuc expetitur

Qui D. Johannis Gerhardi Continuationis Partes Tertiam, Quartam,
Quintam, Eamque postremam complectitur - Denuo nunc in Lucem prodit,
Cum jndicibus ...

**Gerhard, Johann
Chemnitz, Martin
Leyser, Polycarp**

Hamburgi, MDCCIII

VD18 90617819

Caput CXCI. Christus Cum Barraba Confertur, Sed Illi A Judæis Praefertur.

urn:nbn:de:gbv:45:1-17617

erat, captivum Galilæum in Judæa accusatum & comprehensum ipsi iterum sistendo, hac occasione extinctis odiis animi invicem coalescunt. Laudabile est, si quis alterum honore prevenire studeat Rom. 12 v. 10. præclarum est, si quis pacem conciliare quærat, sed maledicta est amicitia illa, quæ contra Christum initur, ac detestandus est honor ille, qui in Christo persequendo alteri defertur. Conqueruntur de hac Pilati & Herodis contra Christum conspiratione Apostoli Act. 4. v. 17. *Convenerunt reverà adversus sanctum puerum tuum Jesum, quem unxisti, Herodes & Pontius Pilatus cum gentibus & populus Israel &c. eodemque applicant vaticinium Psalm. 2. v. 1. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania, astiterunt Reges terræ, & Principes convenerunt in unum adversus Dominum, & adversus Christum ejus. Erant aliàs Herodes & Pilatus in causa religionis maximè discrepantes, siquidem Herodes superstitionibus Judaicis, Pilatus ethnicis idolomaniis addictus erat, sed cum de Christi capite ageretur, fiunt concordēs & unanimi consensu ipsum persequuntur. Eadem fabula mutatis saltem personis in mundo perpetuò fuit acta. Edomitæ cum Cananæis conspirabant contra Israelitas, ac nefandum illud concordie vinculum in occidendo Christo inter Herodem ac Pilatum constrictum quasi hæreditario jure ipsorum posteri acceperunt, quando Judæi & gentiles, licet genere, religione ac moribus differentes, in Christianis tamen persequendis & CHRISTI nomine extinguendo mutuas sibi tradiderunt operas. Quid hodie quan-*

doque fiat, notius est, quam ut commemorari debeat, manifestius quam ut explicari indigeat, turpius quam ut excusari possit. Potest etiam cogitari pertinere hoc ipsum ad contentum Christi, quòd Herodes judicium de Christo velut homine abjectissimo & contentissimo honoris causa à Pilato sibi oblatum acceptare noluerit, ita namque Christus & vera ipsius membra *pro purgamentis mundi ac pro quisquiliis* haberi solent 1. Corinth. 4. v. 13. qui non sunt digni, propter quos multum laboretur, cum pro latronibus & facinorosis magnà quandoque contentione Judices seculi invicem depugnent. Aliam vero pacem & concordiam inter nos conciliare debet Christus & doctrina Christi, quam est ea, quæ inter Pilatum & Herodem in ipsius causa est inita, nimirum ut per fidem in Christum Deo reconciliati pacem cum proximo colamus ac mutuis officiis nos invicem juvemus, sicut veteres statuunt hac Herodis Judæi & Pilati gentilis per Christum reconciliatione significatum, quòd *ipse sit pax nostra, qui fecit utraq. unum, medium parietem macerie solvens, inimicitiam in carne sua, legem scil. mandatorum in decretis evacuans, ut duos conderet in semetipso in uno novo homine faciens pacem, utq. reconciliaret ambos in uno corpore Deo per crucem interficiens inimicitiam in semetipso, & veniens evangelizavit pacem &c.* Ephes. 2. v. 14. & seq. quæ omnia latius diduci possunt, Luc. 13. vers. 32. Matth. 23. v. 36.

*Dum vulpi gallina datur, (mirabile!) ritum,
Comprimet illa. Tuos sic Deus alma tegit.*

CAPUT CXCIIL.

CHRISTUS CUM BARRABA CONFERTUR, SED ILLI
A JUDÆIS PRÆFERTUR.

MATTH. 27. v. 15. MARC. 15. v. 6. LUC. 23. v. 13.
JOHANN. 18. v. 39.

RATIO ORDINIS.

Johannes consilium Pilati de conferendo Christo cum Barraba & alterutrius liberationem petendi potestate plebi Judaicæ concedendâ immediatè conjungit cum publico innocentie testimonio, quòd audita Christi confessione ipsi dederat. Sed ex Luca intelligitur inferendam esse Historiam abductionis ad Herodem, quâ viâ speravit Pilatus se liberatum iri ab homine, cujus innocentiam probè quidem perspexerat, sed veritus Judæorum odia patrocinium ipsius suscipere, eundemque absolvi volebat. Cum verò videret Christum ad prætorium reduci, de aliis mediis cogitat, quibus elabi possit, ne vel innocentem sanguinem vel procerum Judaicorum gratiam effundere cogatur. *Nullam, inquit, invenio causam mortis in homine, castigatum igitur illum dimittam* Luc. 23. v. 16. Solebant Romani illos, qui deliquerant quippiam, quod non erat mortè dignum, virgis

cadere ac castigare, cogitat ergo Pilatus, si vel maximè hic reus non est promeritus hanc castigationem, tamen cupio hac in re gratificari Judæis ad sedandum ipsorum furorem, satius enim est innocentem flagellare, quam mortis pœnam eidem irrogare. Cum verò vel à populo admonitus vel sua sponte pristinae consuetudinis recordatus die festo Paschatos maleficum quandam pœnam capitis promeritum liberum dimitendum esse intelligeret, mutat prius de flagellando Christo consilium, & cum impurissimo ac sceleratissimo latrone Barraba ipsum populo sistere cogitat, eidemque optionem dare, utrum ex his liberum sibi dari velit, firmiter enim sibi persuadet, Judæos non progressuros eò impietatis atque impudentiæ, ut Barrabam pestem illam ac perniciem Reipubl. Jesu Nazareno miraculis claro & beneficiis in ægrotos collatis conspicuo præferrent, sed fallitur opinione sua, ut series Historiæ porro ostendet.

CHRISTUS

CHRISTI CUM BARRABA LATRONE
COLLATIO.

MATTH. 27.

15. Κατὰ τὴν ἑορτὴν αἰῶθ' ὁ ἡγεμὼν Δοπλούεν ἐν τῷ ὄχλῳ δέσμιον, ὃν ἤθελον.
16. Εἶχον δὲ τότε δέσμιον ὀπίσημον λεγόμενον Βαραββαῖ.
17. Συνηγμένων ἔν αὐτῶν (ἀρχιερέων καὶ ὄχλων) εἶπεν αὐτοῖς ὁ Πιλάτος, τίνα θέλετε ἀπολύσω ὑμῖν; Βαραββαῖ ἢ Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον Χριστὸν.
18. Ἦδει γὰρ, ὅτι Διὰ Φθόνου παρέδωκαν αὐτὸν.
19. Καθημέριον δὲ αὐτὸς εἶπεν, ἀπέσειλε πρὸς αὐτὸν ἡ γυνὴ αὐτοῦ λέγουσα, μηδὲν σοι καὶ τῷ δικαίῳ ἐκείνῳ, πολλὰ γὰρ ἐπέστην σήμερον κατ' ὄναρ δι' αὐτοῦ.
20. Οἱ δὲ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἐπεισεν τοῦ ὄχλου, ἵνα ἀτήσωνται τὸν Βαραββαῖ, τὸν δὲ Ἰησοῦν ἀπολέσωσιν.
21. Ἀπεκρίθεις δὲ ὁ ἡγεμὼν εἶπεν αὐτοῖς τίνα θέλετε ἀπολύσω ὑμῖν; οἱ δὲ εἶπον, Βαραββαῖ.
22. Λέγει αὐτοῖς ὁ Πιλάτος, τί ἐν ποιῶ Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον Χριστὸν, λέγουσιν αὐτῷ πάντες, σκουρωθήτω.
23. Ὁ δὲ ἡγεμὼν εἶπεν, ἵνα γὰρ κακὸν ἐποίησεν; οἱ δὲ ἀπεκρίθεις ἐκράξαν λέγοντες, σκουρωθήτω.
15. In festo autem consueverat Praefes turbae dimittere unum vincitum quem voluissent.
16. Habebant autem tunc vincitum insignem, qui dicebatur Bamabas.
17. Congregatis ergo illis dixit Pilatus utrum vultis, dimittam vobis Barabbam, an Jesum, qui dicitur Christus?
18. Sciebat enim quod propter invidiam tradidissent eum.
19. Sedente autem illo pro tribunali misit ad eum uxor ejus, dicens: Nihil tibi cum justo illo, multa enim passa sum hodie in somnis propter eum.
20. Principes autem Sacerdotum et Seniores persuaferunt turbis, ut peterent Barabbam, Jesum vero perderent.
21. Respondens autem Praefes ait illis, Ultrum vultis, vobis e duobus dimittam? at illi dixerunt, Barabbam.
22. Dixit illis Pilatus, Quid igitur faciam? Jesu, qui dicitur Christus? dicunt ei omnes, Crucifigatur.
23. Praefes autem ait, Quid enim mali fecit? at illi magis clamabant, dicentes crucifigatur.

MARC. 15.

6. Κατὰ τὴν ἑορτὴν ἀπέλυεν αὐτοῖς (ὁ Πιλάτος) ἓνα δέσμιον, ὃνπερ ἠθέλητο.
7. Ἦν δὲ ὁ λεγόμενος Βαραββαῖς μὲν τὸ συστρασιαῶν δεδεδεμένον, οἷον ἐστὶν ἐν τῇ εἰσῆλθῶν πεποιήκεισεν.
8. Καὶ ἀλαβήσας ὁ ὄχλος ἤρξατο αἰτεῖσθαι, καθὼς αἰεὶ ἐπιή αὐτοῖς.
9. Ὁ δὲ Πιλάτος ἀπεκρίθη αὐτοῖς λέγων, θέλετε ἰδοῦν ἵνα ὑμῖν τὸν βασιλέα τῶν Ἰουδαίων;
10. Ἐγνώσκει γὰρ ὅτι Διὰ Φθόνου παρέδωκε αὐτὸν οἱ ἀρχιερεῖς.
11. Οἱ δὲ ἀρχιερεῖς ἀνέσεισαν τὸν ὄχλον, ἵνα μάλλον τὸν Βαραββαῖ ἀπολύσῃ αὐτοῖς.
12. Ὁ δὲ Πιλάτος ἀπεκρίθεις πάλιν εἶπεν αὐτοῖς, τί ἐν θέλετε ποιῶ, ὃν λέγετε βασιλέα τῶν Ἰουδαίων;
13. Οἱ δὲ πάλιν ἐκράξαν, σκουρώσων αὐτὸν.
14. Ὁ δὲ Πιλάτος ἐλεγὼν αὐτοῖς, τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν; οἱ δὲ ἀπεκρίθεις ἐκράξαν, σκουρώσων αὐτὸν.
6. Ceterum in festo dimittebat illis (Pilatus) unum vincitum, quemcumque postulasent.
7. Erat autem qui dicebatur Barabas, qui cum seditionis autoribus fuerat vincitus, qui per seditionem eadem patravenerat.
8. Et cum acclamasset turba, cepit flagitare, ut faceret, quemadmodum semper fecerat ipsis.
9. Pilatus autem respondit eis, dicens: Vultis dimittam vobis Regem illum Iudaeorum.
10. Sciebat enim quod propter invidiam tradidissent illum summi Sacerdotes.
11. Summi vero Sacerdotes concitaverunt turbam, ut potius Barabbam dimitteret ipsis.
12. Pilatus autem respondens rursus, ait illis: Quid igitur vultis faciam ei, quem dicitis Regem Iudaeorum?
13. At illi rursus clamaverunt, Crucifige eum.
14. Pilatus autem dicebat illis, Quid enim mali fecit? At illi vehementius clamaverunt, Crucifige eum.

LUC. 23.

13. Πιλάτος δὲ συγκαλεσάμενος τοῦ ἀρχιερέως καὶ τοῦ λαοῦ.
14. Εἶπε πρὸς αὐτοὺς, περὶ ἐγὼ κατέ μοι τὸν ἀνθρώπον τῶν αἰσθησῶν ἀποπέφοικα τὸν λαόν, καὶ ἰδὲ ἐγὼ ἐνώπιον ὑμῶν αἰσθησῶν εὐρον ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τῶν αἰσθησῶν κατηγορεῖτε κατ' αὐτόν.
13. Pilatus autem convocatis Principibus Sacerdotum et Magistratibus ac plebe.
14. Dixit ad illos, Obrulisti mihi hunc hominem quasi avertentem populum, et ecce, ego coram vobis interrogans nullum crimen invenio in homine isto, ex his de quibus accusatis eum.

15. Δ'.

15. Ἀλλ' ἔδὲ Ἡρώδης, ἀπέπεμψα γὰρ ὑμᾶς πρὸς αὐτὸν καὶ ἰδὲ ἔδεν ἄξιον θανάτου ἐστὶ πεπραγμένον αὐτῷ.
 16. Παιδεύσας ἔν αὐτῷ δαπλύσῃ.
 17. Ἀνάγκη δ' εἶχεν δαπλῦν αὐτῷς καὶ ἑορτῇ ἓνα.
 18. Ἀνεκράξαν δ' ἡπαροληθεὶ λέγοντες, αἶρε τῶν δαπλῶσαν ἡμῖν τὸν Βαραββᾶν.
 19. Ὅς τις ἴθι δὲ εἴσιν τινὰ ἡγορευμένον ἐν τῇ πόλει καὶ Φόνον βεβλημένον εἰς τὴν Φυλακίαν.
 20. Πάλιν ἔν ὁ Πιλάτῳ πρὸς Φωνήσας ἑλθὼν δαπλύσας τὸν Ἰησοῦν.
 21. Οἱ δ' ἔπεφώνησαν λέγοντες, Στείρωσον, στεύρωσον αὐτῶν.
 22. Ὁ δ' ἑστὶν εἰπὼς πρὸς αὐτοὺς, τί γὰρ κακὸν ἐπέησεν τῷ τῷ; ἔδεν αἰνῶν θανάτου εὐρον ἐν αὐτῷ παιδεύσας ἔν αὐτῷ δαπλύσῃ.
 23. Οἱ δ' ἐπεκρίθησαν Φωνᾶς μεγάλης αἰτιέμενοι αὐτῶν στεύρωσθαι, καὶ καταχρῶναι αὐτῶν καὶ τὸ δέχεσθαι τῶν.

15. Sed ne Herodes quidem. Nam remisit vos ad illum. Et ecce nihil dignum morte actum est ei.
 16. Castigatum ergo illum dimittam.
 17. Necessse autem habebat dimittere eis in festo unum.
 18. Exclamavit autem simul universa turba dicens, Tolle hunc & dimitte nobis Barabbam.
 19. Qui erat propter seditionem quandam factam in civitate & homicidium coniectus in carcerem.
 20. Iterum autem Pilatus locutus est ad eos, volens dimittere Jesum.
 21. At illi clamabant dicentes, Crucifige, crucifige eum.
 22. Ille autem tertio dixit ad illos, Quid enim mali fecit hic? nullum crimen capitale comperio in eo, Castigatum ergo dimittam illum.
 23. At illi instabant vocibus magnis, postulantes, ut crucigeretur & invalescebant voces eorum ac summorum Sacerdotum.

JOHANN. 18.

39. Ὁ Πιλάτῳ λέγει τῷ Ἰουδαίῳ ἐστὶ ἡ συνήθεια ὑμῶν, ἵνα ἓνα ὑμῖν δαπλύσῃ ἐν τῷ πάσχα, βέλεω δ' ἔν ὑμῖν δαπλύσῃ τὸν βασιλέα τῶν Ἰουδαίων.
 40. Ἐκράξαν ἔν πάλιν πάντες λέγοντες, μὴ τῶτον ἀλλὰ τὸν Βαραββᾶν. ἰθὺς Βαραββᾶς λεγῆς.

39. (Pilatus dicit Iudæis) Est autem consuetudo vobis, ut unum dimittam vobis in Pascha. Vultisne ergo, dimittam vobis illum Regem Iudæorum?
 40. Clamaverunt rursus omnes dicentes, Non hunc, sed Barrabam, erit autem Barrabas latro.

DE COAGMENTATIONE CIRCUMSTANTIARUM
HUIUS HISTORIÆ.

Pilatus Jesum ad tribunal suum reductum videns varia quærit media, quibus liberetur à condemnatione ejus, quem Pontificum invidiâ gravari noverat, innocentiam verò ejus probè perspexerat. Primum quidem bonis rationibus ac verbis blandis Pontificum & populi furorē compescere nititur, ut est apud Lucam. Nec coram meo iudicio (inquit) nec coram Herode inventa est in eo causa mortis, ergo non est capitali supplicio afficiendus. Ut autem voluntati Judæorum aliqua ex parte obsequeretur, mox subjungit, velle se Jesum castigare sive flagellare. Solebant enim Romani eos, qui deliquerant, nec tamen morte dignum quippiam commiserant, virgis cedere. Sperat igitur Pilatus mitigatum iri Judæorum odium contra Christum, si videant eum flagellari. Interim tamen cum nec mortem nec flagella Christum promeruisse nosset, durum ipsi visum fuit innocentem flagellare, de alio igitur liberationis medio cogitat, ac commodum ipsi in mentem venit consuetudo dimittendi quendam captivum tempore Paschatos, de ea igitur populo admonet sperans liberationē Jesu ipsos petituros. Ex descriptione Marci videtur colligi posse, quod populus consuetudinis illius Pilatum admonuerit, dicitur enim quod populus acclamans flagitare cœperit, ut faceret, quemadmodum semper ipsis fecerat. Sed ex Matthæo & Johanne manifestè colligitur, quod Pilatus consuetudinem illam Judæis in memoriam revocarit, quæ sententia prudentiæ politicæ Pilati & Judæorum crudelitati magis

congruit. Pilatus in omnes vias liberandi CHRISTUM intentus Judæos præ cupiditate interficiendi Christum oblitos pristina consuetudinis levi brachio de ea admonet, certò sibi persuadens fore, ut Jesum sibi liberum dari petant. Chrysostr. homil. 86. in Matth. Vides ordinem inversum. Moris enim erat, ut populus condemnatum aliquem à Præfide peteret, quem Præses solemnitate gratia populo donaret, nunc autem è contrario Præses à populo petit, &c. Cum vero intelligeret Pilatus ipsos tergiverfari, scelestissimum latronem Barrabam Christo conjungit & electionem ad hos duos constringit, ne quidem somnians futurum, ut seditiosum homicidam homini innocenti miraculis & beneficiis conspicuo præferant. Cum ergo Pontifices & populus invicem consultarent, utrum ex his duobus eligere vellet, interea contigit id, quod Matthæus commemorat, Pilatum à conjugate admoneri, ne sanguine innocentis sese polluat, propter quem in somniis præcedente nocte fuerit territa. Johannes quidem dicit, Pilatum circa horam sextam demum confedisse pro tribunali, cum mortis sententiam jam dicturus esset, quia igitur Matthæus asserit, conjugem Pilati misisse ad illum sedentem pro tribunali, inde colligi posset, tunc demum fuisse hac de re Pilatum à conjugate admonitum, cum de Barraba liberando populus jam sollicitasset ac Jesus jamdum flagellatus esset, quæ sententia admodum concinna est, quod scilicet dum demum conjux Pilati de innocentia Christi ipsum admonuerit, cum

cum frustra tentatis omnibus in propinquo esse animadverteret, ut mortis condemnaretur inde etiam Pilatus ablutione manuum testatur se nolle sanguinis innocentis effundendi culpam in se recipere atque ex ipsa conjugis legatione verba mutua-

tus Christum vocat *justum*. Sed quia Matthæus ante postulationem de Barraba liberando & ante flagellationem Jesu hanc Historiam de Pilato à conjugis sua admonito collocat, ideo nolumus hunc ordinem sine urgente necessitate turbare.

HARMONIA HUIUS HISTORIÆ.

Πιλᾶτος ὁ συγκρατεὺς ἐμὲν ὄντων δεξιερῶν καὶ ὄντων ἀριστερῶν καὶ τῶν λαῶν, εἶπε πρὸς αὐτοὺς πρὸς ἑστέρας μοι τῶν ἀνθρώπων τῶν ὡς ἀποστέφαντε τὸν λαόν, καὶ ἰδὲ ἐγένετο αὐτῶν ὑμῶν αἰκαρινῶν καὶ ἐν ἑστέρας ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τῆς τῆς αἰσῶν καὶ καθήγορετε κατ' αὐτῶν, ἀλλ' ἔδε Ἡρώδης, ἀπέπεμψε ἡμᾶς ὑμᾶς πρὸς αὐτὸν καὶ ἰδὲ ἔδεν ἄξιον ἵκαναί τε ἐστὶ πεπραγμένων αὐτῶν, περὶ ὧν ἐστὶ ἐν αὐτῶν ἀπολύτως. καὶ ὁ ἑστέρας τῶν αἰσῶν καὶ ἀνάγκη ἔχον οἱ ἡγεμῶνες ἀπολύειν τὸν ὄχλον (καὶ) ἀπέλυνεν αὐτοὺς ἐνα δέσμιον λεγόμενον Βαραββᾶν, (ὅς) ἦν ἡμῶν τῶν συστασῶν δεδεμμένων, οἵ τινες ἐκ τῶν Φόνοι πεπηγμένοι. Συναγαγόντων ἂν αὐτῶν εἶπεν αὐτοῖς ὁ Πιλᾶτος, εἰ αὐθιγα ὑμῖν, ἵνα ἐνα ὑμῖν ἀπολύσω ἐν τῷ πάχῃ. Καὶ αἰκείως οἱ ὄχλοι ἤρξαντο αἰτεῖσαι, καθὰς αἰεὶ ἐπὶ αὐτοῖς, ὁ Πιλᾶτος ἀπεκράθη αὐτοῖς λέγων, βέλτε ἐνα (καὶ) βέλτε ἀπολύσω ὑμῖν τὸν βασιλέα τῆς Ἰσραὴλ; ἢ τίνα ἑστέρας ἀπολύσω ὑμῖν, Βαραββᾶν ἢ Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον Χριστόν, ἐπινοήσατε ὅτι (καὶ) ἦδη, οἱ αἰσῶν Φόνοι περὶ δαμάσκου (ἀποδοθέντων) αὐτοῖς δεξιερῶν. Καθημένοι ἄρα αὐτῶν ὄντων ὄντων ὄντων ἀπέστειλε πρὸς αὐτῶν ἡγεμῶνες λέγων, μηδέν σοι καὶ τῶ δικαίῳ ἐκείνῳ, πολλὰ γὰρ ἐπαθόν σημερον καὶ ἄρα δι' αὐτῶν, οἱ δὲ δεξιερῶν οἱ πρῶτοι ἐπέσειν (καὶ) ἀπέσειν ὄντων ὄχλων, (τῶν ὄχλων) ἵνα μάλλον τῶ Βαραββᾶν ἀπολύσω αὐτοῖς ἵνα αἰτησῶν τῶν Βαραββᾶν, τῶν Ἰησοῦν ἀπολύσω. Δοκίμασι ἂν οἱ ἡγεμῶνες εἶπεν αὐτοῖς τίνα βέλτε ἀπολύσω ὑμῖν ἀπολύσω ἡμῖν; ἀπεκράθη ἡ παμμαθηταὶ λέγοντες, (καὶ) εἶπεν αὐτῶν, ἀπολύτω ἡμῖν τὸν Βαραββᾶν, ὁ Πιλᾶτος ἀπεκράθη πάλιν πρὸς Φόνοι πρὸς ἡμῶν ἀπολύσω τὸν Ἰησοῦν (καὶ) εἶπεν (λέγων) αὐτοῖς, ὁ Πιλᾶτος τί ἂν βέλτε ποιῶσιν Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον Χριστόν, οὐ λέγει βασιλέα τῆς Ἰσραὴλ; οἱ δὲ πάλιν ἐπέφονεν (καὶ) ἐκράθη, πάντες λέγοντες, (καὶ) λέγων αὐτῶν, σφραγίστω σφραγίστω, σφραγίστω αὐτῶν. ὁ Πιλᾶτος ὁ ἡγεμῶν πάλιν τρεῖς ἐλέγη (ἐφ' ἧς εἶπεν) πρὸς αὐτοὺς, τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν τῆς τῆς, ἔδεν αἰσῶν ἵκαναί τε ἐν αὐτῶν παρθένοις ἐν αὐτῶν ἀπολύσω. οἱ δὲ πρῶτοι ἐκράθη (πρὸς αὐτοὺς ἐκράθη) ἡγεμῶνες, σφραγίστω σφραγίστω αὐτῶν. ἐκράθησαν ἂν πάλιν αὐτοῖς μὴ τῶν, ἀλλὰ τὸν Βαραββᾶν. ἡ δὲ Βαραββᾶν λέγει, ὅς τις ἡμῶν εἶπεν τίνα ἡγορεύειν ἐν τῷ πάλιν τῶν βελήμων. εἰς τὴν Φυλακίαν, καὶ οἱ (ὄχλοι) ἐπεκαίοντο Φόνοις μερῶν αἰσῶν αὐτῶν σφραγίστω καὶ κατὰ τὸν αἰσῶν αὐτῶν καὶ τῶν δεξιερῶν.

Pilatus autem convocatis Principibus Sacerdotum & Magistratibus ac plebe, dixit ad illos. Oblivisti mihi hunc hominem quasi avertentem populum, & ecce, ego coram vobis interrogans nullum crimen invenio in homine isto, ex his de quibus accusatis eum. Sed ne Herodes quidem, nam remissivos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum est ei. Castigatum ergo illum dimittam. In festo autem consueverunt ac necesse habebat Praeses dimittere turbae ac dimittebat illis unum vincitum, quemcumque voluissent ac postulassent. Habebant autem tunc vincitum insignem, qui dicebatur Barrabas, qui cum seditionis autoribus fuerat vincitus, qui per seditionem eadem pativerant. Congregatis ergo illis dixit Pilatus. Est consuetudo vobis, ut unum dimittam vobis in Pascha. Et cum acclamasset turbae, cepit flagitare, ut faceret, quemadmodum semper fecerunt ipsis. Pilatus autem respondit eis, dicens: Vultisne ergo dimittam vobis Regem illum Judaeorum. Utrum vultis, dimittam vobis Barabbam, an Jesum, qui dicitur Christus, sciebat enim quod propter invidiam tradidissent illum summi Pontifices. Sedente autem illo pro tribunali misit ad eum uxor illius, dicens. Nihil tibi cum iusto illo, multa enim passa sum hodie in somnis propter eum. Principes autem Sacerdotum & Seniores persuasurunt turbis, & concitaverunt eas, ut potius Barabbam dimitteret ipsis, ut peterent Barabbam, Jesum verò perderent. Respondens igitur Praeses ait illis: Utrum vultis vobis de duobus dimittam? Exclamavit autem simul universa turba dicens, Tolle hunc & dimitte nobis Barabbam. Pilatus autem respondens iterum locutus est ad eos, volens dimittere Jesum, & dixit illis, Quid igitur vultis faciam Jesu, qui dicitur Christus, quem dicitis Regem judaeorum? At illi rursus clamaverunt omnes dicentes, Crucifigatur, Crucifige, crucifige, ipsi. Pilatus autem Praeses iterum tertio dixit ad illos. Quid enim mali fecit hic? nullum crimen capitale comperio in eo, castigatum ergo dimittam illum. At illi magis ac vehementius clamaverunt, Crucifigatur, crucifige eum. Clamaverunt autem rursus omnes dicentes, Non hunc, sed Barrabam. Erat autem Barrabas laetro, qui erat propter seditionem quandam factam in civitate & homicidium conjectus in carcerem. Et (turba) instabant vocibus magnis postulantes, ut crucifigeretur & invalescebant voces eorum ac summorum Sacerdotum.

Exegesis hujus Historiae.

Utm David in Spiritu praevideret, quomodo Messias ab hostibus suis proceribus Hierosolymitanis Pontificibus, Scribis, Pharisaicis ac Senioribus tractandus sit, comparat eos. 1. rabiosis canibus. Pf. 22. v. 17. Circumdederunt me canes, consilium malignantium obfedit me. 2. rugientibus leonibus. v. 14. Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens & rugiens. v. 22. salva me ex ore leonis. 3. mugientibus tauris. v. 13. Circumdederunt me tauri magni, tauri pingues obfederunt me. Haec omnia in Historia passionis Dominicae videmus impleta. Hostes enim Christi exhibuerunt sese.

1. Instar rabioforum canum in horto ad montem oliveti. Ut enim canes venatici feram primò indagant, deinde persequuntur, nec desistunt donec eam oppreserint: ita quoque Proceres Hierosolymitani cum Christo, qui propterea in titulo hujus Psalmi cervæ matutinae confertur, egerunt. Circa vesperam urbe exiverunt, ut in horto oliveti hanc cervam in vestigarent. Diabolus fuit venator Pf. 81. v. 3. Judas canis sagax reliquos praecedentes, canes venatici cohors militaris & fervi Pontificum, molossi Pontifices & Seniores populi. Postquam hanc cervam invenerunt, magno impetu eam adorti sunt & per-

& persecuti ex horto oliveti ad Hannam, ab Hanna ad Caipham, à Caipha ad pratorium Pilati, à pratorio ad Herodem, ab Herode denuò ad pratorium, à pratorio ad montem Golgatha. 2. instar rugientium leonum in atrio Caiphæ Pontificis. Ibi enim aperuerunt super Christum os suum, clamantes. Blasphemavit, reus est mortis. 3. instar mugientium taurorum coram pratorio Pilati. Cùm enim Pilatus conaretur Christum ex manibus eorum eripere, magnis ac verè bovinis clamoribus Barrabam sibi dimitti, Christum verò crucifigi postularunt, ut in hac pericope videbimus in qua tria consideranda sunt. 1. *Christi cum Barraba latrone collatio.* Durum videbatur Pilato contra conscientiam agere & innoxii sanguinis effusionem suâ autoritate judiciaria confirmare; vicissim etiam durum ipsi videbatur Procerum Judaicorum ac totius populi ad seditionem propensi odia in se concitare, ideò miserat Christum, (cujus innocentiam cognoverat, quemque ad mortem à Proceribus tantis viribus deposci audierat) ad Tetrarcham Herodem, sperans se hoc medio à causa Jesu liberatum iri. Cùm verò se ipsa frustratum ac Jesum ad tribunal suum reductum videt, de aliis mediis Jesum liberandi secum deliberat, ubiq; enim hominis vafri atq; callidi ingenium representat, qui formas se vertit in omnes, ut favorem hominum retineat. Tales hodiè vocantur politici & prudentes, cum inter veram prudentiam politicam cum timore Dei & pietate conjunctam, atq; inter vafriam calliditatem hypocrisis, simulationibus ac dissimulationibus refertam magnum sit discrimen. Eccl. 19. v. 19. *non est sapientia nequitia disciplina & non est cogitatio peccatorum prudentia &c.* Primò omnium igitur Pilatus rationum ponderibus ac verbis blandis persuadere conatur Proceribus Judaicis & populo, ut ab odio contra Christum desistant, nec ulterius pœnam mortis in eum statui postulent, quem innocentem esse cognoverant. *συγκαλεσάμενος, cum convocasset summos Sacerdotes, Magistratus ac populum dixit eis.* Syrus habet, *quod vocaverit summos Sacerdotes & Magistratus populi*, ac si Proceres Ecclesiasticos & politicos exclusâ plebe convocasset. Sed Græcus textus disertè exprimit *populum*, quomodo etiam legunt exemplaria Syriaca Manuscripta. Omnes igitur convocat, si forte aliqui in tanta populi multitudine innocentia patrociniū suscipere velint. Sentit in Sacerdotibus & Senioribus parum præsidii innocentia Christi superesse, convocat igitur populum, à quo audierat publicâ gratulatione ante dies paucos ipsum susceptum, sperans illius favore & intercessione Jesum esse liberandum. Instituit quasi concilium, jussit omnes convenire & ad tribunal propius accedere, postea proposuit illis suam sententiam. *Obtulistis mihi hunc hominem, quasi avertentem populum*, adduxistis eum ad meum tribunal & accusastis illum, quòd seditionem concitarit, & populum à vera religione & ab obœdientia Magistratus averterit. Repetit Pilatus primum caput accusationis à Pontificibus superius propositæ ac reliqua sub hoc uno capite intelligenda relinquit. *Et ecce ego coram vobis interrogans nullum crimen invenio in homine isto ex his, de quibus accusastis eum. Sed ne Herodes quidem, nam remisit vos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum est ei.* Duplici testimonio innocentiam Christi confirmat, suo scilicet

& Herodis, cùm in duplici actione coram diversis judiciis instituta non potuerit ullum crimen Christo impingi. Accusastis eum de seditione & affectatione regni, postulat is mortis sententiam in ipsum statui, sed causâ diligenter examinatâ nullum omninò crimen, propter quod capitis pœnam fuerit promeritus, in eo deprehendi potuit. *ἀναγιγνῆσθαι interrogare, examinare, questionem habere, estq; verbum forensis, Act. 4. v. 9. c. 12. v. 19. c. 28. v. 18. &c.* quia in judiciis solent institui inquisitiones, ac rei interrogari de criminibus intentatis. Syrus habet verbum *ἔρευνῃ diligenter investigavit. Interrogavi eum coram vobis*, inquit, ne fortè obverterent, Jesum clam à Præside auditum & convictum esse, Præsidem verò in gratiam rei illud dissimulare. Quamvis enim Johannes testetur, Christum à Præside intus in pratorio fuisse auditum & examinatum, tamen postea eductus fuit ad Sacerdotes ac Seniores, iis denique potestas data legitime probandi accusationis capta, cùm Christus ea ut falsa & conficta silentio suo depelleret Matt. 27, 14. Marc. 15, 5. sed defecerant illi in probatione, ac testes, quos adduxerant, deprehensi erant in mendacio, inde Pilatus hoc loco dicit, quòd nullum crimen inventum fuerit in Christo ex his, de quibus eum accusaverant. Syrus habet *ex omnibus*, quia, ut Marcus testatur c. 15. v. 3. summi Sacerdotes accusaverant Christum de multis, sed ne unum quidem crimen legitime probare poterant. Neve obvertere possent, si vel maxime seditionis & affectati regni Christus convinci non potuerit, tamen de hæresi ipsum esse convictum, ideò addit, *quod nec Herodes causam mortis in ipso invenit*, qui tamen professione religionis sit Judæus. Ac notanter etiam ideò meminit Herodis, qui in Galilæa rerum poriebatur, ne obverterent, si vel maxime in Judæa & metropoli ejusdem Hierosolyma seditionem concitare Christus fuerit hætenus veritus, tamen in Galilæa res ab ipso turbatas fuisse. Si enim tale quid in Galilæa contigisset, utique Herodem Galilææ Tetrarcham illud haudquaquam latere potuisset. Jam verò Herodi de eo nihil penitus constat, alias gravius quiddam contra eum statuisset, cùm tamen ludibrio solum habuerit ac veste candidâ innocentiam ejus fuerit testatus. *Nihil morte dignum actum est ei*, non dictata est in ipsum mortis sententia, non imposita est crux ipsius humeris, non lapides collo appensi, neque quicquam vel verbis vel signis est externis gestum, quod significaret ipsum pœnam mortis esse promeritum. Sic igitur denuò publicum innocentia testimonium Christus à Præside reportat. Pontifices in id intenti erant, ut in publicum contentum apud omnes Christus adduceretur, ideòq; ab uno tribunali ad aliud ipsum pertraherant, sed hoc ipso medio singulari Dei providentiâ gloria Christi promovetur, dum ubique innocentia suæ testimonia reportat. Cogitaverant illi malum, sed Deus convertit illud ad bonum Gen. 50. v. 20. speraverant illi, quòd Christus ad plures perveniret iudices, eò magis in lucem producendam ipsius infamiam, sed mirabili Dei consilio evenit, ut quo ad plures iudices circumducitur, eò manifestior & conspectior fiat ipsius innocentia. Quòd si & nos vestigiis hujus innocentia insistamus & candidam tunicam cum Christo gestemus, h. e. testimonio bonæ conscientia nitamur, futurum ut & nostra justitia sordibus accula-

accusationum mendacium contaminata reddatur purior & ex tenebris calumniarum, quibus opprimitur, velut lux emergat. Esa. 58. vers. 8. Mich. 7. vers. 8. Sanè ad illam perfectionem & omnimodam peccati carentiam, quam in Christo Scriptura prædicat, in hujus vitæ infirmitate aspirare non possumus, cum *coram Deo nemo sit innocens* Exod. 34. vers. 7. cum mendaces reddamur gloriando *nos non habere peccatum* 1. Johan. 1. vers. 8. interim tamen innocentia coram hominibus & bonæ conscientia erga Deum ex animo studere debemus. Nec verò ad exemplum solum innocentiam Christi statuamus nobis propositam, sed etiam, ac cumprimis, ad meritum. Quia enim Christus ab omni peccato immunis patitur, idè passione suâ pro nostris peccatis satisfacere potuit. Si vel minimâ peccati labeculâ fuisset aspersus, non potuisset nostra peccata suo sanguine expiare. Atque hoc est antecedens in argumento Pilati, Christum scilicet esse innocentem, cum non sit in eo deprehensum crimen mortis, sed addit mirabile consequens. *Castigatum ergo illum dimittam.* Rectè quidem inferitur, Christum esse dimittendum, cum sit innocens, sed quid sibi vult peregrinum illud assumptum, quòd castigare prius ipsum velit quàm adsolvere? hoc consequens nullâ probabilis specie ex antecedente inferri potest, imò eidem fortissimè repugnat. Si enim Christus est innocens, non est castigandus. Sunt qui existimant, Pilatum hoc sibi velle, quòd Christus per contemnendam & ridendam quandam imprudentiam potius regnum affectarit, quàm quod dignum aliquod morte commiserit, ideoque castigandum esse. Sed circumstantiæ textus ostendunt, plenarium omnimodæ innocentia testimonium Christo dari & flagellationem hoc solum sine ipsi irrogari, ut Judæorum furori satisfiat. *παίδευει* propriè est *instituere, erudire ut puerum*, descendit enim à *παις puer*. Quia verò institutio & informatio puerorum sine disciplina & castigatione locum habere nequit, idè usurpatur etiam pro *castigare* 1. Cor. 11. v. 32. 2. Cor. 6. v. 9. Tit. 2. v. 12. Hebr. 12. v. 7. 10. Apocal. 3. v. 19. ac *παίδεια* usurpatur pro *disciplina sive castigatione* Ephes. 6. v. 4. 2. Timoth. 3. v. 16. Hebr. 12. v. 5. quæ castigatio fit vel verbis vel verberibus. LXX. itidem utuntur pro *καὶ* quod est coërcere, corrigere aliquem disciplinâ & magis propriè de reali disciplina & pœna, sicut *כדי* magis propriè de verbali increpatione accipitur. Levit. 26. v. 18. *παίδευσαι πλὴν γαίς*. Deut. 21. v. 18. usurpatur de castigatione paterna, quæ fit verbis & virgis 2. Regum. 12. v. 11. *Pater meus castigavit vos flagellis κασιγῆν*, ubi in Targum habetur verbum *הרהר* *castigavit, corripuit*, quo etiam Syrus hoc loco utitur. Quidam statuunt Pilatum hic loqui de correptione quæ fit per verba, postea verò de castigatione quæ fit per flagella, sed utrobique est idem verbum *παίδευσαι*, ergo etiam hoc loco intelligenda est castigatio per flagella. Solebant Rom. Præfides virgis cedere eos, qui delictum aliquod admiserant, quod nondum esset capitali pœnâ dignum, hoc genus pœnæ capitali supplicio inferioris vocabant coërcitionem vel coërcitionem ac castigationem. Pilatus igitur testatus nullam causam mortis in Christo inventam proponit Judæis hoc medium, ut liber quidem exeat à supplicio capitali, interim tamen prius castigetur, ne videatur citra omnem culpam accusatus & hac ratione auctoritati ipsorum

Harm. Tom. III. vel Gerhard. Contin. pars quarta.

detrahatur, sicut etiam Actor. 5. v. 40. Apostoli *virgis ceduntur*, cum de hæresi aliqua capitali supplicio digna convinci non possent. Sed cum in genere Pilatus fuerit testatus, se ne unum quidem crimen in Christo deprehendisse, cur eum censet castigandum? Voluit hæc ratione moribus ac postulatis Judæorum sese accommodare, ut ex parte ipsis gratificaretur, cum ex toto contra conscientia suæ testimonium ipsis obsequi non posset. Parùm referre ipsi videbatur, si vel maximè contra omne meritum Christus flagellatur, modò vitæ incolumitatem ex hoc judicio secum reportet. Ita solet carnalis prudentia timore Dei vel rectore destituta in præceptis ferri, sibi que multis modis adversari, sicut hujus judicis oratio est iniquissima, quando Christus omni culpâ vacare asseritur & tamen virgis castigandus judicatur. O Pilate, te ipsum audi. Si innocens est Christus, cur non absolvis? Si flagris cadendum judicas, cur innocentem illum pronuncias? At tali exitu terminari solent consilia illorum judicum, qui affectuum impetu patiuntur sese abripi ac magis homines, quàm Deum & conscientiam suam reverentur Act. 5. v. 29. quique parùm referre judicant, si à tramite justitiæ parumper deflectatur. Quemadmodum enim is qui à via regia semel abit, in graviores errores sensim prolabitur: sic qui in parvis à justitiæ tramite semel recedit, in minoribus eandem contemnere discit. Præposterus erat hic metus in animo judicis, quo à via justitiæ abducitur, ut Christum innocentem flagellandum esse statuat, ne seditio quædam concitetur atque odia Judæorum fumant incrementum, debuisset auctoritatem judicis tueri & in nullius hominis gratiam à regio justitiæ tramite ne quidem in minimo deflectere, postquam enim digituli spacio ab eo in transversum abiit, totus voluntate & clamoribus populi velut turbine quodam in diversum rapitur. Flagellari Christum in gratiam populi Judaici, cumprimis vero procerum, consentit, mox urgetur, ut non solum flagellandû, sed etiam crucifigendum contra suam voluntatem tradere cogatur. Proinde non solum prudentia, sed etiam animi præsentia judicibus necessaria est, ne odiis hominum territi à via justitiæ abeant. Quòd si adhuc hodiè membris Christi idem contingat, ut conviventibus illis, quibus patrocini-um ipsorum incumbit ac de innocentia illorum probè constat, flagellentur, proscriptionibus, exiliis, carceribus, vinculis &c. coërcantur, cogitemus etiam hoc pertinere ad ipsorum cum capite Christo conformitatem Rom. 8. v. 29. In paraphrasi Syriaca hoc loco subjungitur. *Necessè enim erat, ut dimitteret eis unum in supposito*, quæ verba quasi per parenthesis subjecta ostenderent, Pilatum in prima statim propositione hujus consuetudinis de dimittendo reo tempore Paschatis, mentionem fecisse. Sed in textu Græco est adverbium *de*, quæ quamvis alicubi pro *γὰρ* usurpetur, tamen hoc loco retinet nativam significationem & novam sententiam excorditur. Constat enim ex aliis Evangelistis Pilati hanc fuisse mentem & intentionem, ut Christum quem invidiâ, non autem crimine quodam gravari videbat, planè illæsum ac nihil quicquam passum dimitteret liberum, quòd eum per vim adversariam obtinere non posset, tunc demum ad flagellationem innocentis præter suam voluntatem descendit. Statuendum igitur, quòd Pilatus in prima quidem propositione sui consilii, mentionem fecerit castigationis

P

tionis



tionis sive flagellationis, sed cum in mentem ipsi veniret consuetudo dimittendi aliquem reum tempore Paschatos, iudicavit, hoc medium esse commodius, ut non à capitis solum supplicio, sed etiam à flagellatione Christus liber esse posset, proinde adverbata in textu Græco retinenda est in propria significatione, sicut apud reliquos Evangelistas etiam usurpatur, sic enim habent Matthæus & Marcus. *In festo autem consueverat Præses dimittere turbe aliquem vincitum, quemcumque volebant ac postulabant.* Lucas dicit Præsides habuisse ἀνάγκην dimittendi facinorosum, Matthæus & Marcus consuetudini id tribuunt, sicut etiam apud Johannem dicit Præses: *Est consuetudo vobis, ut unum dimittam vobis in Pascha, vel quia consuetudo illa vim necessitatis progressu temporis obtinuerat in populo traditiones ac consuetudines pertinaciter urgente, vel quia decreto Cæsaris ἀπονομίαν populo Judaico concedentis erat confirmata, cum pertinuerit ad ritum publice receptos. Quod autem dicitur in festo dimissum fuisse aliquem reum, id non est accipiendum generaliter, quali in singulis festis solennioribus, (quorum tria erant divinitus constituta scilicet festum Paschatis, pentecostes & tabernaculorum Exod. 23. v. 17. Deuter. 16. v. 16.) illud factum fuerit, sed subintelligendum est aliquid, per quod generalis appellatio ad certam speciem restringatur. In festo scilicet quod tunc instabat, hoc est in paschate, illud namque καὶ ἐξορκίην quandam dicebatur festum, cum esset initium reliquorum, quo sensu vox ἐορτής per quandam antonomasiam etiam alibi usurpatur Matth. 26. v. 25. Marc. 14. v. 2. Luc. 2. v. 42. Joh. 4. v. 45. &c. Syrus quidem habet כּלל עמּתא in omni festo, sed accipiendum illud itidem secundum subiectam materiam de festo paschatos singulis annis recurrente. Ex quo facile intelligitur, quæ fuerit occasio huius consuetudinis dimittendi aliquem reum, cuius tamen prima origo ignoratur. Celebrabant pascha in memoriam liberationis ex servitute Ægyptiaca, Exod. 12. v. 17. audierunt etiam misericordiam exhibendam esse peregrinis & advenis, cum ipsi quoque in Ægypto peregrini fuerint. Deut. 10. v. 19. ex eo colligebant, misericordiam esse exhibendam captivis & vincis, cum ipsi quoque fuerint in Ægypto velut in domo carceris, itemque liberationem illam ex Ægypto non posse commodius ob oculos representari, quam si quis vincus & captivus in festo paschatos dimitteretur liber. Lyranus notat, quod in memoriam paschalis beneficii dimiserint unum morti addictum, alios vero complures mortem promeritos interfecerint, ut representarent liberationem Israël Filii Dei primogeniti & interfecionem Ægyptiorum ab Angelo percussore. Hæc igitur consuetudo non à Romanis sed à Judæis orta erat, unde turbæ postulabant alicujus vincis dimissionem, ut testantur Matthæus & Marcus. Apud Johannem adhuc manifestius illud exprimitur. *Est consuetudo vobis*, cuius scilicet vos autores estis. Frustra igitur quidam disputant, Præsides Romanos hoc sua sponte fecisse, ut viderentur legem Mosaicam de celebratione Paschatis venerari & favorem populi venerentur. Antequam sceptrum Judaicum ad Romanos esset translatum, Judæi introduxerant illam consuetudinem, ac tunc Rex vel Dux populi vincitum aliquem dimittebat. Sed postquam in Romanorum*

potestatem redacti essent Judæi, non poterant suo arbitrio vincitum aliquem dimittere, sed cogebantur à Præside Romano alicujus dimissionem petere; cum capitalium suppliciorum executio non amplius fuerit in ipsorum manu posita, ideo non potuerunt capitis reos in carcerem conjicere, multo minus mortis pœnam illis remittere, inde Petrus Actor. 3. v. 14. dicit, petiistis vobis ἀδρα Πόντια χαρισθῆναι donari, ex gratia dimitti. Romani tamen ut populum ad seditiones propensum in obsequio retinerent, unâ cum reliquis observationibus ad patrias leges spectantibus hanc consuetudinem quotannis renovare illis permiserunt, interim tamen quodammodo eam restrinxerant, ut scilicet ipse Præses aliquos & quidem duos solum nominaret, ex quibus alterutrum liberandi potestas populo Judaico dabatur. Huc respiciunt Evangelistæ, quando asserunt, Præsides consuevisse populo quotannis in festo Paschatos aliquem vincitum dimittere, quia populus hoc in primis urgere solebat, qui talibus privilegiis ac ceremoniis plurimum delectari solet, interim tamen Sacerdotes hanc consuetudinem non improbabant, sed constanter retinendam docebant, ut ex hac Historia colligitur, unde etiam Lucas dicit, quod Præses habuerit ἀνάγκην dimittendi aliquem vincitum, nisi enim hoc fecisset, seditio in populo fuisset orta. Porro de hac consuetudine diversimodè judicatur. Judæi plurimum illi tribuisse videntur, cum enim Pilato dicitur necessitas incubuisse dimittendi aliquem vincitum, ex eo intelligitur, quod cum opinione necessitatis & cultus hæc consuetudo fuerit observata. Augustin. tractat. 115. in Johan. *Non reprehendimus* (inquit) *o Judæi, quod per Pascha liberatis nocentem, sed quod occiditis innocentem.* Alii etiam ex veteribus humanitatis nomine hoc factum commendant & conferunt cum lege divina de homicidiis fortuitis Num. 35. vers. 22. & cum exemplo Jonathæ à populo liberati 1. Regum. 14. v. 45. à quo hunc morem dimittendi aliquem reum deductum fuisse Origenes & Theophylactus statuunt. Sed si rem rectè expendere velimus hæc Ceremonia fuit ἐθεοδωρημένη humana non solum præter legè introducta, sed etiam eidem planè contraria. Deus in memoriam liberationis ex Ægypto instituerat Pascha certis ritibus quotannis celebrandum, sed hypocritæ non contenti hoc memoriali divinitus instituto superinduxerant hanc Ceremoniam, quæ initio fortassis fuit libera, sed progressu temporis, ut fieri solet in ritibus & traditionibus, adhæsit illi opinio necessitatis & cultus. Ac speciem quidem aliquam pietatis & misericordiæ habet, sed reverà est contraria divinæ legi de puniendis maleficis ac de officio Magistratus. Proverb. 17. v. 15. *Qui justificat impium, & qui condemnat justum, abominabilis est uterque apud Deum.* Nimirum hæc solet esse indoles traditionum humanarum legi divinæ superadditarum, ut licet bono consilio & fine utili introducantur, tamen progressu temporis sub opinione necessitatis & cultus obrudantur, atque ut specie quadam pietatis sese vendit, sed interim legi divinæ adversentur, sicut hæc Ceremonia est velamen hypocriseos Judaicæ. Quis enim potuisset animum inducere sanctulos hosce innocentem condemnare cum de nocentis liberatione sint solliciti? ita solent humanæ traditiones, præsertim si acce-

si accedit opinio necessitatis & cultus, hypocritas effecere, quia traditiones illa, cum in rebus exteris occupatae sint, arcte custodiuntur, neglecta interiore obœdientiâ, quam lex divina ab omnibus postulat. Atque ut hic inutilis cultus cedit in summam ignominiam Filii Dei, siquidem occasione illius cum sceleratissimo latrone confertur & in crucem agitur: sic hypocritæ acres traditionum humanarum exactores suam querentes iustitiam in observatione legis & traditionum externa sitam coram Deo constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Rom. 10. v. 3. *abijciunt gratiam Dei Galat. 3. v. 21. & Christi sanguinem pedibus conculant. Heb. 10. v. 29.* Vanum igitur & hypocriticum est in externis Ceremoniis partem iustitiæ & cultus divini constituere.

Sed videamus cum quo malefico Christus fuerit collatus. *Habebant tunc vinculum insignem, qui dicebatur Barabbas.* Latinus interpres vertit in singulari, *habebat* scil. Pilatus, inconveniens enim ipsi fuit visum, Judæos in sua potestate habuisse vincitum, cum ejus liberationem à Præsidente petierint, sed in Græco est *ἄρον, habebant*, quo modo etiam Syrus vertit, *erat illis vinculus.* Quamvis enim potestas judiciorum capitalium à populo Judaico in Romanos Præsides esset translata, tamen Præsides populi nomine Republicam administrabant, ac facinorosos captivos tenebant, dicuntur igitur captivum habuisse illi, ad quorum instantiam in carcerem conjectus erat. Dicuntur habuisse aliquem *δέσμιον in vinculis detentum*, non quod eo tempore plures non habuerint, postea enim duos latrones cum Christo crucifigunt, sed quia hic captivus præ reliquis facinorosis omnibus, flagitiis fuit insignis, unde vocatur *ἐπίσημος*, ob immania scelera publicè notus, omnibus conspicuus & exosus, *ἐπίσημος* propriè est *insignis, nobilis, illustis*, cui signum vel nota aliqua impressa est, opponitur *τὸ ἄσημος*, qui obscurus est & ignobilis, & accipitur plerumque in bonam partem, Roman. 16. v. 7. *ἐπίσημος* inter Apostolos sunt conspicui & illustres in numero Apostolorum, sed sicut apud Latinos dicitur *nobile scortum, nobile flagitium*, ita quoque Barabbas dicitur hoc loco *ἐπίσημος*, quia flagitiis fuit nobilitatus & insignis. Syrus habet vocem *ܐܘܪܝܢܐ* omnibus notus propter insignia flagitia, sicut etiam apud Latinos nobilis dicitur quasi *notabilis.* Quæ fuerint illa hujus captivi flagitia, à reliquis Evangelistis exprimitur. Marcus dicit quòd *cum autoribus seditionum*, qui in seditione eadem patraverant, *ὁ τὸν συσπασασάντων* cum focis seditionis & homicidii fuerit vincitum. Neve cogiteretur ipsum à crimine seditionis & cedis immunem fuisse, sicut in populari seditione, quando autores sunt incerti, innocentes cum nocentibus comprehendendi quandoque solent, ideò addit, Johannes, quòd fuerit *ἄσῃς, latro, qui prius latrociniiis deditus excitarâ seditione crudelem suum animum cædibus promissis manifestavit.* Lucas hanc notat circumstantiam, quòd homicidium & seditio, propter quam hic latro in carcerem fuerat conjectus, *in ipsa urbe*, hoc est, in metropoli Hierosolyma contigerint, inde flagitia hujus captivi erant publicè omnibus nota. Hoc ipsum auget crimen seditionis & homicidii, quod non reveritus præsentiam Romani Præsidentis Hierosolymæ residentis, unâ cum aliis seditionem in urbe concitavit & homicidiis in seditione commissis præ reliquis sese nobilem reddiderit ac sedi-

torum homicidarum antesignanus fuerit. Exprimitur etiam nomen hujus latronis, quòd dictus fuerit *Barabbas.* Hieronymus id interpretatur, *Filius Magistri eorum*, sed cum non legatur Barrabbas sed Barabbas, ideò rectius vertitur *filius Patris eorum.* Bar enim est filius, *Abba* Pater, *Mom* affixum Græci vertunt in *υ*, Syri in *ܐ*; ergo Barabbas sive *Barababab* est *filius Patris eorum*, quæ interpretatio pulchrè convenit huic factò Judæorum. Petunt enim liberati Barabbam, *filium Patris ipsorum* h. e. Diaboli, *qui est homicida ab initio*, cujus filii sunt omnes homicidæ Johan. 8. vers. 44. Dum ergo hunc eligunt, reipsâ testantur, se esse fratres hujus homicidæ & Diabolum esse utrorumque parentem. Potest etiam simpliciter verti Barabba *filius Abba*, sicut Bar-Jona *filius Jona* Matth. 16. v. 17. ut Abba sit nomen proprium, sed propter mysterium paulò post explicandum appellative rectius vertitur. Pilatus sperans hunc Barabbam sceleribus & flagitiis coopertum, omnibus extremè esse exosum nec quenquam illius liberationem flagitare ausurum, nisi velit ejusdem criminis videlicet seditionis suspectum sese reddere, proponit Judæis optionem, utrum velint ex his duobus sibi dimitti liberum, Barabbam an verò Jesum? Constituerat Jesum castigare sive flagellare, & postmodum dimittere liberum, sed commodum illi incidit medium, quo non solum à supplicio mortis sed etiam à flagellis liberari posse innocentem sperat. Erat consuetudo in populo Judaico recepta, ut tempore Paschatos in memoriam liberationis ex Ægypto quendam captivum capitis pœnam promeritum sibi liberum dari peteret, sed proceres & populus sanguinariis suis contra Christum molitionibus ita erant intenti, ut hujus consuetudinis planè obliviscerentur, cum tamen esset parasceve festi proximo die succedentis. Pilatus igitur levi brachio ipsos hujus Ceremoniæ admonet. *Congregatis enim illis dicit: Est consuetudo vobis, ut anum dimittam vobis in Pascha. Cum populus esset coram tribunali congregatus occasione Jesu à Sacerdotibus & Senioribus accusati, Pilatus de petenda cujusdam captivi liberatione ipsos monet. Moris erat, inquit Chrysostr. h. l. ut populus condemnatum aliquem à Principe peteret, quem solemnitate gratiâ Princeps populo condonaret, nunc autem & contrario Princeps à populo petit, neque sic illi mitigantur.* Populus pristinae consuetudinis admonitus mox acclamare ac flagitare cœpit, ut Præsides faceret, quemadmodum semper fecerat ipsis, *ἀναβήσας ὁ ἄρχων* flagitare cœpit, cum acclamasset, quo modo etiam vertit Syrus. Interpres Latinus legit *ἀναβήσας, cum ascendisset*, propius scilicet accedendo ad tribunal cedentibus populo Pontificibus proximè astantibus tribunali. Sed retinenda omninò est lectio Græca, ut enim postea elatis clamoribus postulant Jesum crucifigi, ita etiam clamant juxta morem pristinum imminente jam Paschatis festo captivum aliquem liberum dimitti. In Græco textu est quædam ellipsis, *Cœpit populus rogare, quemadmodum semper faciebat illis*, subintellige, ut etiam nunc faceret. In genere petunt pristinam consuetudinem, cujus observantissimus solet esse populus, etiam hoc tempore servari. Pilatus speraverat ipsos postulaturos Jesum dimitti liberum, quem ante dies quatuor publico

omnium applausu pro Rege susceperant, sed fallitur opinione suâ, ideò Pilatus illis suggerit consilium de petenda liberatione Jesu. *Vultisne ergo* (inquit) *dimittam vobis Regem illum Judæorum?* q. d. promtus ac paratus ero ad illius dimissionem, quem enim potius liberum postularetis? in multos extitit beneficis suis miraculis, nec de ullo crimine à Pontificibus convinci potuit. Quòd autem Pilatus hoc loco & postea sapius Jesum vocat *Regem Judæorum*, id quidam accipiunt ut ironicè dictum hoc sensu. Stolidi estis, qui tantopere in hunc hominem sævitis, quòd se regem Judæorum professus fuerit, cum nihil in eò appareat magnificum, sublimè ac regium. Quidam putant, Pilatum verè statuisse, Christum esse regem Judæorum, h. e. promissum illum Messiam, cujus regnum sit spirituale regno Cæsaris nullâ ex parte contrarium, id enim ipsum didicisse ex confessione Christi. *Regnum meum non est de hoc mundo.* Sed si Pilatus seriò & ex animo Christum vocasset Regem ac statuisset ipsum esse promissum Messiam, nunquam in gratiam populi Judaici ipsum crucis supplicio adjudicasset. Verisimilius igitur est, quòd Pilatus respexerit ad ingressum regium, quem ante dies quatuor Christus Hierosolymis celebraverit, ideoque hoc dicere voluerit. Mirum est, vos tantopere furere contra eum, quem Regem ac Messiam vestrum tamdiu expectatum ante dies non ita multos publicè confessi estis? perpetuò hæc in ore habuistis promissionem de venturo Messia ac rege vestro, nunc eum hoc nomine accusatis & mortis pœnam in ipsum statui exigitis. Quæ hæc est opinionum inconstantia? sufficiat innocentem capitis accusasse, sufficiat illud & contemptum esse, sentiat solennitatis vestræ beneficium ac mortis reus habitus vestro favore vitam lucretur. Ne verò Præses videatur suo potius arbitrio captivum aliquem dimittere quàm electioni populari hac in re locum dare, ideò alium captivum Christo conjungit, atq; electionis libertatem ad hos duos constringit. *Utrum vultis dimittam vobis, Barabbam an Jesum, qui dicitur Christus?* Quidam putant aliàs planè liberum relictum fuisse populo, ut eligerent quemcunque captivum dimitti vellent, cum dicatur Joh. 19. v. 15. datum fuisse populo liberum quandam captivum *ὃν ἠθελον quemcunque vellent.* Pilatum autem ideò libertatem hoc loco ad duos restringere, ut liberationem Jesu promoveret. Sed probabilius est etiam superioribus temporibus duos solum à Præsede fuisse populo propositos, aliàs pristinum jus suum etiam hoc loco urisissent & quemvis alium potius quam Barabbam petissent dimitti. Origenes refert, quosdam sensitse etiam Barabbam dictum fuisse Jesum, ideò differentia causâ Pilatum hoc loco nomini Jesu addere, qui dicitur Christus. Sed hæc opinio caret omni probabilitate, additur enim nomen Christi sive Messia causa honoris, ut admoneretur populus, quàm honestè hæc de eo senserint, quanto applausu docentem audierint, miracula ejus viderint & publicè pro Rege suo susceperint. Ideò verò Pilatus de liberatione Christi tantopere sollicitus est, quia noverat, quòd Pontifices ex invidia ipsum tradidissent. Noverat illud ex fama publica, quæ de miraculis, concionibus & disputationibus Christi cum Pontificibus ad eum delata erat, nec ignorare poterat ea, quæ in luce publica agebantur. No-

verat etiam hoc ex instituto examine, defecerant enim Pontifices in probandis accusationis suæ capitibus, inde vir prudens facillè intelligebat, invidia facibus ipsos inflammari, ut tam ardente odio contra Christum flagrarent. Invidabant ipsi ob doctrinam, miracula, audiorum multitudinem, populi favorem, Messia honorem aliquoties ipsi delatum &c. ideò cupiebant ipsum extinctum. Prudens videbatur Pilato hoc consilium liberandi Christum, si enim populus Christum pro Barabba elegisset, non potuissent Pontifices & Seniores amplius urge- re accusationem Christo intentatam. Noverat Christum apud populum hæcenus fuisse gratum & acceptum, ideò patrociniū ejus Christo parare niti- tur. Si vel maximè Christus ut innocens absolvi non possit, tamen solennitatis festivæ ipsum donari posse populo suggerit. Cum sceleratissimo latrone Christum confert, ut electio sit facilior, sperat enim neminem eò impudentiâ progressurum, ut Jesum miraculis & beneficiis illustrem latroni seditioso proponat. Barabbam cruentæ seditionis convictum cum Christo ex invidia falsò accusato confert, ut comparatione cum peste illa humani generis Barabba honor aliquis Christo exhibeatur, vel si non Christo, tamen festo; ne postulatione liberandi scelestissimi latronis ipsa festi solennitas videretur contaminari. Procul dubio in seditione illa populari & cruenta, cujus antesignanus fuerat Barabbas, plures se hujus criminis fecerant suspectos, qui tamen non deprehendi aut in carcerem compingi potuerunt, Pilatus igitur sperat illos saltem metu quodam retractos non foro aulos liberationem Barabba petere, ne videantur socii eorundem criminum, propter quæ seditiosus ille homicida detinebatur captivus. Hæc omnia ostendunt prudens fuisse Pilato visum hoc consilium, sed si rem rectè expendere velimus, reverè est stolidum & iniquum. Debuisse Pilatum causam Jesu autoritate suâ contra invidos & mendaces accusatores asserere, nullâ habitâ odiorum vel periculorum ratione, cum innocentiam Jesu non solum manifestè cognoverit, sed etiam publicum præconium illi dederit. Extremè igitur injurius est in Christum conferendo eum cum latrone sceleratissimo jurato Reip. hoste. Poterat autoritate suâ cogere Judæos, ne peterent autorem seditionis, latronem illum non nobilitate generis, sed famositate criminis insignem, ut loquitur Lyranus. Sed cum reveritus odia Pontificum negligit partes officii sui, totus tandem aliorum voluntate abripitur, ut in crucifixionem innocentis consentiat. Barabba Christum conferre est tenebris lucem, autori cædis autorem vitam, homini publicè flagitioso virum sanctum & bonum, imò Satanæ filio Dei Filium conferre. Sed eò stulticia tandem prolabitur Pilatus à tramite justitiæ in gratiam hominum deflectens.

2. *Conjugis Pilati ad maritum legatio.* Antequam verò populus Judaicus alterutrum ex his duobus eligeret, aliud innocentia testimonium Christo fuisse datum Matthæus refert: *Sedente enim Pilato pro tribunali misit ad eum uxor illius, dicens: Nihil tibi cum justo illo, multa enim passa sum hodie in somnis propter eum.* Johannes cap. 19. vers. 14. notat Pilatum sedisse *Ἰν τῷ Βασιλείῳ. hora ferme sexta,* cum jam jam mortis sententiam in Christum laturus esset, id accipiendum est sensu eo, non quòd tunc pri- mum

num, sed quod tunc denuo Pilatus in tribunal iudicium confederit. Constat enim ex serie narrationis, quod aliquoties in prætorium irerit examinaturus causam Jesu atque iterum exierit ad Judæos sedens pro tribunali arque audiens Pontificum accusationes. *βήμα* à *βέωω* ascendo, significat locum dicendi in concione aut iudicio, ad quem per gradus quosdam ascendendum Actor. 12. v. 21. cap. 18. v. 12. cap. 25. v. 6. &c. Pro suggestu usurpatur Nehem. 8. v. 6. 3. Esdr. 9. v. 42. pro tribunali 2. Maccab. 13. v. 26. Syrus habet vocem *בית* pro quo Rabini dicunt *בית* quod significatione & pronuntiatione convenit cum Græco *βήμα*, dicitur autem ab *altitudine* & significat quod eunque à terra exaltatum aut in loco edificio extructum. Cum ergo Pilatus in tribunali in loco editiore sederet, commodè ad eum perlatum fuit hoc nuncium, ut ab omnibus audiri potuerit aliud innocentia testimonium publicè Christo datum. Quod enim quidam putant nuncium hoc secretò fuisse Pilato allatum, non convenit circumstantiis textus. Refert enim Matthæus Pilatum sedisse in tribunali in loco publici iudicii, ergo non potuerunt esse occulta, quæ ibi gerebantur ac proferebantur præsertim in causa rei. Et quia *persuadendus fuit populus* à Pontificibus ut liberationem Barabbæ peterent, ex eo intelligitur, quod commoti hoc nuncio in partem Jesu propenderint, utique ergo etiam ipsi illud audierunt vel quod ablegatus clarâ voce coram omnibus Pilato id retulerit, vel quod Pilatus in liberationem Jesu modis omnibus intentus illud populo manifestavit. Postea quoque cum dictanda esset mortis sententia, Pilatus ex hoc nuncio verba quasi mutuatur. *Innocens*, inquit, *sum à sanguine hujus justis*, ut denuo hujus nuncii effrenatum populum admoveat. Evangelistæ etiam non solent describere ea, quæ privatim, sed quæ in conspectu omnium publicè gesta sunt. Et quia debuit hoc nuncium esse innocentia testimonium, idè oportuit esse publicum, aliàs soli Pilato fuisset notum, qui liberandis Jesu jam antè erat cupidus, non autem populo, qui adhuc dubitabat, an Barabbæ, an verò Jesu liberationem flagitare vellent. Hæ omnes circumstantiæ ostendunt, publicè audientibus omnibus hoc nuncium fuisse Pilato allatum. Intellexerat Pilati uxor, quam Niceph. lib. 1. Eccles. Histor. cap. 30. vocat *Proclen*, Judæorum proceres ante prætorium stantes Jesum Nazarenum graviter accusare ac instare apud maritum, ut mortis pœnam in ipsum statuat, contra verò maritum sedulo laborare, ut innocentem ex mera invidia accusatum absolveret, vel certè cognitionem causæ ad alios devolveret, ideo præmonendi mariti & Judæos à sanguinario proposito avocandi causâ utrique parti tam actoribus quàm iudici significari curat, quid rei nomine sibi præteritâ nocte contigerit. Non autem ipsa ad tribunal accedit, id quod fœminæ primariæ non fuisset conveniens, ingerere se publico iudicio & interpellare maritum Reipublicæ negotiis occupatum, sed misit ad eum *ἀπέστειλε* quendam ex famulis domesticis, qui suis verbis ad compescendum populi Judaici furorem Pilato illud referret, *μηδὲν σοικῆς τῷ δικαίῳ ἐκείνῳ*, *Nihil tibi & justo illi*, h. e. nihil tibi rei aut negotii sit cum illo justo. Quia justus & innocens est, ideo non patiaris te permoveri, ut morte illum afficiendum esse judices. Similis phrasid extat etiam alibi in

Scripturis Jud. 11. v. 12. Gideon ad Regem Ammonitarum Israelitis bellum inferentem inquit: *Quid mihi & tibi quod vastas terram?* h. e. quo jure bellum contra me moves, cur invadis terram Israël, quæ non ad te, sed ad me pertinet? 2. Sam. 16. v. 10. cum filii Zervia sine mandato Davidis vellent Simeim interficere, Rex ad eos dicit, *Quid mihi & vobis?* h. e. non pertinet ad vos hanc injuriam vindicare, nec debetis vos ingerere iis, quæ ad meum officium pertinent. Matth. 8. v. 29. immundi Spiritus superbè dicunt ad Christum. *Quid nobis & tibi, Fili Dei?* h. e. cures quæ tua sunt & non sis nobis molestus ex antiquis hospitibus nos expellendo. Johan. 2. v. 4. dicit Christus ad matrem Mariam: *Quid mihi & tibi mulier?* h. e. in illis, quæ pertinent ad meum officium, nullum jus habes, ad me solum illa pertinent, ideo non ingeras te rebus ad te nihil quicquam atinentibus. Apud Herodotum in Terpsichore eadem phrasid occurrit: *οὐδὲ καὶ ταύτοι τοῖσι πράγμασι τί ἐστίν;* *Quid tibi cum istis actionibus commune est?* Significatur enim nihil pertinere ad eum res illas, quæ tunc gererentur. Ita quoque hoc loco conjux Pilati maritum admonet, ne se implicet rebus ad Jesum pertinentibus, sed Judæos cum suo Jesu præter omne meritum accusato res suas agere sinat. Jesum vocat *justum* non tantum *ἐξ ὀρχικῶς καὶ δεκτικῶς*, sed etiam *ἀπειλογικῶς*, ideo enim præmonet, ne se implicari patiatur causæ ipsius, cum sit justus, id quod non solum ex fama publica, sed etiam ex somnio noctis proximè antecedentis didicerat, idè subjungit: *Multi enim passa sum hodie in somnis propter eum.* *ἐπαθὼν καὶ ὄναρ πολλὰ.* Quæ per somnium sive in somno alicui contingunt, ea dicuntur Græcis *καὶ ὄναρ* contingere, significat igitur Pilati uxor, quod visâ somniorum horrenda ac tristia præcedente nocte sibi fuerint oblata, & quia talia insomnia animi & corpus turbare atque affligere solent, idè uritur verbo *ἐπαθὼν*, addit etiam, *se multa passam esse*, h. e. multos terrores & angores, varia insomnia terribilia ac tristia. Potest etiam exponi adverbialiter, quod graviter ac multum talibus insomniis fuerit territa atque turbata. Sicut Syrus vertit *ἄλλο μὲν πᾶσα sum.* Exempla talium somniorum terribilium etiam alibi extant, Job. 7. v. 14. *terruiisti me per somnia,* & per visiones horrore concutis. c. 33. v. 15. *per somnium terret Deus homines ad disciplinam eorum.* Sap. 18. v. 17. *visus somniorum malorum turbaverunt illos (Ægyptios) & timores supervenerunt insperati.* Dicit autem se talia esse passam hodiè; *σήμερον* propriè accidisse dicitur quòd luce hodiernæ diei accidit, deducitur enim ab *ἡμέρα dies*, inde colligitur, non mediâ nocte, sed sub auroram ac tempore matutino Pilati conjugem visis illis horribilibus insomniorum fuisse turbatam, solent enim somnia matutina potissimum observari & esse *μαντικά*, ut Medici docent. Lyranus aliam hujus temporis conjecturam affert, *Christus* (inquit) *presentatus est Pilato valde mane, idè probable est, quòd uxor adhuc jacuerit in lecto, solent enim domina non ita mane surgere sicut viri.* Si nocte hæc fuisset passa, procul dubio narrasset marito cubitu surgenti, verisimile igitur est, quòd eodem temporis momento ipsi hæc insomnia fuerint oblata, cum maritus causam Jesu tractaret, antequam scilicet eum ad Herodem mitteret. Notanter autem exprimit causam tristium ac terribilium insomniorum, dicit enim se esse talia passam *διὰ αὐτὸν propter justum illum.*



lum. Unde verò intellexit propter Christum tristibus infomniorum visis se affligi? procul dubio ex ipsa qualitate infomni. Somniavit Jesum, cujus miracula non potuerunt esse ipsi ignota, marito offerri ut mortis sententiam in eum statuat, ac maritum quidem patrociniū innocentis primū suscipere, postea verò Judæorum clamoribus permotum voluntati eorum assensum præbere, atque hoc nomine graviter à Deo puniri, quibus malis, quæ maritus videbatur pati, ipsa quoque gravissimè fuit afflicta & turbata. Tale vel simile quoddam infomnium fuisse huic feminae oblatum ostendit ipse exitus, cujus præfagium illud extitit, siquidem Euseb. lib. 2. Hist. Eccl. c. 7. Oros. lib. 7. cap. 5. & Joseph. lib. 18. antiq. cap. 5. referunt, Pilatum coram Cæsare Cajo accusatum in exilium Viennam Gallorum fuisse missum, ac suā sese manu tandem transverberasse. Unde verò infomnium illud conjugii Præsidis fuit oblatum? Quidam existimant diurnam meditationem illius extitisse causam, solent enim ea, quæ vigilantes egimus vel cogitavimus, nocturnis infomniis occasione ac materiam præbere, sicut Poëta canit:

*Omnia quæ sensu voluntur vota diurno,
Tempore nocturno reddit amica quies.*

Cogitant igitur conjugem Pilati pridie fixius & attentius meditatam esse causam Jesu, cum se quieti daret, ea sc. occasione, quod Pontifices & Seniores circa vesperam diei proximè antecedentis à Pilato Præside ipsius marito petierant cohortem militarem, ut Jesum apprehenderent Joh. 18. v. 3. Quare cum ipsi eadem ac marito constaret ex invidia hæc omnia contra Christum suscipi, Matth. 27. v. 18. cujus macula vulgò erant nota, inde factum, ut fixioribus illis cogitationibus causam nocturnis infomniis præbuerit. Et sanè non est improbable diurnam meditationem occasione aliquam hisce infomniis dedisse, (sicut de somnio Nebucadnezari divinitus immisso Daniel cap. 2. v. 29. dicit: *Tu Rex, cogitare capisti in strato tuo, quid esset futurum, & qui revelat mysteria, ostendit tibi ventura*) interim altiorē quandam causam illis subfuisse agnoscit non solum ipsa somniatrix, dum ad maritum virum prudentem in tribunali sedentem & causis dijudicandis occupatum hæc infomnia perferri curat, sed etiam Pilatus ipsius maritus, quando ea non negligit ut aniles nugas, sed in sententiæ definitivæ prolatione verba ex illis petit. *Innocens* (inquit) *ego sum à sanguine hujus justii.* Quidam igitur statuunt, à Diabolo hæc infomnia fuisse Præsidis conjugii immissa, ut mors Christi & consequenter redemptio generis humani per Christi mortem impediretur. Ignatius Epist. 8. ad Philipp. *Cum paranda esset crux (cacodæmon) tumultuabatur & immisit penam proditori & suspendium docuit. Terrebat & mulierculam & uxorem Pilati, turbans eandem infomniis & ut à crucifigendo cessarent, moliebatur, quia sentiebat suam perniciem.* Beda in Matth. *Hac vice, non antea se intellexit Diabolus per Christi mortem nudandum & spolia humani generis amissurum, ideo satagebat per mulierem, per quam spolia mortis invaserat, Christum eripere de manibus Judæorum.* Lyran. h. l. *Diabolus qui passionem Christi procuraverat per Judæos, per aliqua signa perpendit, quod ipse esset verè Christus & per consequens*

quodam per ejus mortem spoliaretur infernus, hoc autem perpendit per ejus patientiam, per Scripturarum impletionem, & fortè per sanctorum Patrum in limbo existentium exultationem & ideo mortem Christi impedire voluit. Idem statuunt Cyrianus vel quicunque alius auctor serm. de passione, Bernh. serm. 1. Pasch. Rabanus Petr. Damianus &c. At sicut de crucifixoribus Christi pronunciat Apostolus 1. Cor. 2. v. 8. *Si cognovissent sapientiam Dei in mysterio redemptionis absconditam, Dominum gloria non crucifixissent, ita quoque de Diabolo potest dici, si cognovisset per mortem Jesu liberandum esse genus humanum, nunquam impulsisset Judæos ut Christum crucifigerent.* Sacerdotes & Seniores Diaboli impulsu tantopere ardebant ad Christum interficiendum, sicut de Juda dicitur, *quod Satanias miserit in cor ejus, ut Jesum traderet* Joh. 13. v. 2. quæ igitur veritatis specie dici potest, eodem tempore à Diabolo fuisse huic mulierculæ infomnium immisum ad Christum in columnam servandam. Si Diabolus voluisset Christum liberare, Judæos potius majoribus odiis flagrantibus, quam Pilati conjugem infomniis terruisset? Tribuit hoc infomnium Christo laudem justitiæ, proinde nequit esse Diabolicum, sed Deus immisit illud conjugi Pilati, ut maritus à peccato suo retraheretur, nec in condemnationem innocentis consentiret: *Judex terretur in conjugem & ut crimini Judæorum non præbeat in judicio consensum, pertulit in uxoris efflitione judicium.* Judicatur ipse qui judicat & torquetur, antequam torqueat. Ita statuunt Origenes, Athanasius, Hiron, Ambros. August. Chrylost. ac Theophyl. & quidem rectius. Eò enim spectavit hoc somnium, ut daretur Christo publicum innocentie testimonium ac Pilatus præmoneretur, ne contra conscientiam suam in condemnando innocente ageret. Nemo Judæorum suspicari potuit, matronam prudentem & cordatam primariæ dignitatis feminam absque gravi causa tale quid voluisse nunciare marito suo pro tribunali in publico foro sedenti, nec Pilatus meticulosæ conjugis superstitioni hoc tribuere potuit, cum somnia sibi infesta fuisse diceret, quæ divinitus immitti gentibus persuasum erat, & cum Christum vocaret innocentem, qualem jam antea indicibus haud obscuris Pilatus cognoverat. Mirum aliquibus fuit visum, feminae Ethnicæ tale somnium à Deo immisum fuisse, unde suspicantur, illam ad fidem Christianam hoc somnio fuisse conversam. Origenes dicit hoc extare in scripturis quibusdam non publicis sive apocryphis. Ex Augustino serm. 3. Epiph. (modò sit ipsius Augustini sermo) colligere volunt, etiam Pilato tribui salutem, qui tamen factus est *αυτοχθης.* *Magi* (inquit) *ab Oriente, Pilatus ab Occidente venerat, unde Magi (cum dixerunt: Ubi est qui natus est Rex Judæorum?) Orienti, hoc est, nascenti; Pilatus (cum scripsit in titulo crucis: Jesus Nazareus Rex Judæorum) Occidenti, hoc est, morienti attestabantur Regi Judæorum, ut cum Abraham, Isaac & Jacob ex quibus Judæi ducebant originem recumberent in regno cælorum.* Sed Augustinus hoc loco neutiquam asserit, Pilatum consecutum esse salutem, sed hoc solùm dicit, Pilatum testificatum de Christo per titulum crucis, ut alii recumberent in regno cælorum. Eodem sensu accipiendum est dictum Tertulliani in apoleg. capit. 21. ex quo itidem Pilati conversionem elicere cupiunt. *Ea* (inquit) *omnia super Christo*

Christo

Christo Pilatus & ipse jam pro sua conscientia Christianus Casari tunc Tiberio nunciavit &c. Ita nimirum fieri solet, si relictis authenticis Scripturis & veris Historiis apocryphas, fabulosas & falsas amplectimur, nostrisque speculationibus indulgemus. In Canonicis Scripturis non est novum aut insolitum etiam Ethnicis nondum ad veram Ecclesiam converfis atque impiis in Ecclesia à Deo immitti somnia quaedam *μυθικά*, praesertim terribilia. Genes. 20. v. 3. venit Deus ad Abimelechum Geraræ Regem, terrens arque admonens eum, ut Abrahamo reddat conjugem. Gen. 31. v. 24. Laban videt in somno Deum sibi dicere, *Cave, ne quicquam asperè loquaris contra Jacob*. Gen. 41. v. 1. Pharaoni insomnium sterilitatis praesagium divinitus immittitur, de hoc enim somnio pronunciat Joseph. vers. 28. *Quod Deus facturus est, id ostendit Pharaoni*. Dan. 2. v. 1. Nebucadnezar in somnis videt picturas quatuor Monarchiarum, de quo somnio pronunciat Dan. v. 28. *Deus indicavit tibi, quia ventura sunt in novissimis temporibus*. c. 4. v. 2. aliud somnium videt Nebucadnezar calamitatis suae praenuncium. Hæc exempla ostendunt, non propterea negandum, quod somnium hujus foeminae fuerit *θεοπεμπτον*, quia fuit ethnica & à cognitione veri Dei aliena. Quare conjugi potius quam Pilato immisissum illud fuerit, otiose quaritur, cum voluntas divina nobis sufficere debeat. Chrysostom. hom. 86. in Matth. non longè à princ. ad quaestionem licet respondet, *vel quia mulier dignior erat, vel quia si Praeses hoc somnium se vidisse dixisset, non ita ipsi creditum fuisset, aut quia non edixisset, sed secum ipse tenuisset, idè ex divina dispensatione mulier vidit, ut omnibus notum fieret*. Cæterum ut de somniis rectius fieri possit judicium, cum primis notanda est illorum distinctio. Augustinus lib. de Spiritu & litera, quinque facit nocturnarum revelationum genera. 1. Oraculum, *ρηματισμός*, quando persona in somno apparens aliquid denunciat. 2. Visio *ὄραμα* cum id quod videt quis, eo modo quo apparuerat, venit. 3. Somnium *ὄνειρον* est figuris tectum & sine interpretatione intelligi non potest. 4. Insomnium *ἐνύπνιον* quod ex naturalibus causis oritur. 5. *φαντασμα*, quando qui vix dormire coepit atque adhuc se vigilare aestimat, aspicere videtur varias formas. Sed discrimen illud inter somnium & insomnium non est perpetuum. Sic ergo progredimur. Quaedam somnia sunt naturalia, quæ sequuntur constitutionem temperamentum & diurnas meditationes. Horum observationem generalem Medici sibi vendicant, de Sanguineo enim tradunt, quod somniet laeta; de Melancholico, quod tristitia somniet; de Cholericis, quod ignes somniet &c. sed speciales quasdam observationes ex illis colligere, sicut *ὄνειρομαντῶν* facere solent, cum vanitate conjunctum est. Eccles. 5. v. 6. *Ubi multa sunt somnia, plurime sunt vanitates & sermones multi, tu verò Deum time*. Sir. 34. v. 1. *Somnia extollunt imprudentes*. v. 2. *Quasi qui apprehendit umbram & persequitur, sic & qui attendit somnia &c.* Eustathius *ὄναρ* dicit esse dictum *ὄναρ* τὸ ὄνειρον, sicut Siracides ibidem addit, quod sint *μυθικά* ac velut *ὁμοίωμα προσώπου* Lutherus reddidit ein Bild ohne Wesen. Demus autem operam, ut sanctis cogitationibus, studiis & operibus diem transigamus, in cibo ac potu temperantes sinus, ac piis precibus cubitum ituri nos muniamus, ita ex

Harm. Tom. III. vel Gerhard. Cont. pars quarta.

periemur placidam quietem & jucunda, pura ac munda somnia. Prov. 3. v. 24. *Qui custodit legem, ejus somnus erit suavis*. Sir. 31. v. 24. *Somnus sanitatis in homine parco, cum ventriculus non immodice gravatur, suaviter dormitur*. Contrà verò ex intemperantia, avaritia, libidine & curis hujus seculi proveniunt somnia turbulenta, impura & immunda. Greg. lib. 8. moralium super illud Jobi: *Terrebis me per somnia, sex causas somniorum recenset*. Aliquando, inquit, somnia ventris plenitudine, aliquando inanitate, aliquando illusionem, aliquando cogitatione simul & illusionem aliquando revelatione, aliquando cogitatione simul & revelatione generantur. Nam praeter somnia *naturalia*, sunt & *alia* altiore causa & originem habentia, eaque vel *divina* vel *diabolica*. Divina, quæ vel Deo immediate, vel per sanctos Angelos hominibus immittuntur, quia inter species revelationum Prophetiarum referuntur etiam *somnia* Num. 12. v. 6. 1. Sam. 28. v. 6. Joël. 2. v. 28. Act. 2. v. 17. ac Deus per somnia de occultis ac futuris rebus sæpè admonet homines. Talia somnia describuntur Gen. 28. v. 12. c. 31. v. 10. c. 37. v. 5. 1. Reg. 3. v. 15. Matth. 1. v. 20. c. 2. v. 12. 13. 22. ac in Historiis Ecclesiasticis etiam exempla horum somniorum occurrunt. Sozom. lib. 6. Hist. Eccles. cap. 2. *Didymus Alexandrinus* (cujus liber de Spiritu sancto in operibus Hieronymi adhuc extat) cum ob scelera Juliani animo esset admodum sollicito ac mesto, uti sequente nocte nihil comederet, fortè in somno assidens oppressus est ac velut extra se positus videbatur sibi videre equos albos in aëre cursare, & qui in eis vehebantur, eos ita predicare. Nunciate Didymo, Julianum hac ipsa hora interfectum esse. Ibidem commemoratur aliud somnium de morte Juliani, quomodo scilicet Prophetæ & Apostoli in unum congregati graviter de contumelia Imperatoris aduersus Ecclesiam fuerint conquesti &c. Idem lib. ejusdem cap. 5. *Traditum est, Antonium, priusquam Arianus esset Ecclesiarum potius gubernaculis, regnante Constantino secundum quietem mulos altare insultantes calcibus & sacram mensam evertentes vidisse, ilicoque praedixisse tumultum ex adulterinis permixtisque doctrinis ortum & rebellionem ex illis, qui alienam ab Ecclesia Catholica opinionem tenerent excitatam Ecclesiam Dei postea occupatam*. Euseb. l. 4. Histor. Eccl. cap. 15. *Polycarpus triduo antequam comprehenderetur, in visione nocturna lectum sub capite suo igne ac consumum ac subito consumtum vidit, & cum evigilaret, confestim visionem illam praesentibus exposuit & quod futurum erat, nempe quod propter Christum vitam hanc igne depositurus esset, circumstantibus perspicue praedixit*. Soc. lib. 4. c. 21. *Filius Valentis, qui tenerè admodum et aetate fuit, fortè adeò graviter egrotare coepit, ut Medici de ejus vita penitus desperarent. Cujus mater Dominica Imperatrix retulit ad Imperatorem, se per quietem ab horrendis visis valde diræxatam fuisse, puerumque propter contumeliam, quam Basilium Episcopus fuisset ab eo perpeffus, morbo afflicto. Quæ Imperator animo diligenter complectens, accersit Basilium, & quod illius faceret periculum, sic illum alloquitur: Si vera sunt tua de fide dogmata, precare ut filius meus non moriatur. Tum Basilium, sicut inquit, credes Imperator, quemadmodum ego, & efficies, ut Ecclesia ad concordiam reducatur, vivet puer: Cui cum Imperator minimè consentiret, idcirco, inquit Basilium, de puero fiat voluntas Dei. Basilium, cum hæc dixisset, dimitti jubet. Puer statim post exit è vita. Alexander Magnus vidit in somnis imaginem Jaddi Pontificis Hierosolymitani sibi occurrentis, unde postea urbi pepercit. Eo tempore quo*

P 4



quo Carol. V. Witebergam oppugnabat, quædam honesta matrona vidit in somnis Iridem supra illud oppidum & Christum astantem ac manu iridem tenentem. Johanni Wilhelmo Saxoniæ Duci Illustrissimorum Principum nostrorum utriusque lineæ avo, octiduo antequam ex hac vita migraret, divinitus fuit indicatum, venturum ipsum peractis laboribus ad requiem. Cum enim in somno vidisset per fenestram chorum Angelorum, qui in area arcis variis instrumentis Musicis Dei laudes canerent, tandem videt Angelum reliquis majorem, in cuius dorso scriptum erat, *Bringt mir diesen zur Ruhe* / quod somnium cum mane Consiliariis suis recitasset, ac de se illud interpretaretur, composuit se ad quietem & mortem. Hesshus. in Epist. dedicat. Exam. Theolog. Diabolica somnia à malis & immundis Spiritibus immituntur, ut enim in reliquis, ita etiam hac in parte Diabolus est Dei simia. Talia sunt somnia Pseudoprophetarum, quæ pro divinis revelationibus venditant. Deut. 13. v. 1. Jerem. 23. v. 27. c. 29. v. 8. Zach. 10. v. 2. Itidem somnia impura, quæ dicuntur à Græcis *ὄνειροι μωροί*, terribilia ac turbulenta. Caveamus igitur, ne ex somniis de doctrina & religionis articulis judicemus, sicut Cinglius in subsidio Eucharistiæ per quietem sibi aliquem apparuisse scribit, de quo ater an albus fuerit, dubitat, à quo suam de sacra Cæna opinionem confirmare didicerit. Sed redeamus ad somnium conjugii Præsidis immissum, quod fuit partim naturale, partim verò divinum, sicut solent tam divina quàm Diabolica somnia causas naturales sibi subordinare. Finis illius somnii fuit, ut Christo daretur testimonium innocentia atque ut Pilatus à peccato prohiberetur. Prior finis mirabilem Dei providentiam considerandam proponit. Christus renulerat hætenus à proditore, à falsis testibus, ab Herode & Pilato innocentia testimonium. Ut verò ab omni hominum genere laudem innocentia reportaret, ac omnibus notum fieret, non propter sua, sed propter aliena peccata passionem ac mortem ipsum sustinere, ideò à conjugio Pilati, sceminâ primariâ, in publico judicio innocens ac justus pronuntiatur. In populo Judaico, quem tantis beneficiis ac miraculis sibi obstrictum reddiderat, Christus non invenit testes innocentia. Pontifices graviter eum accusabant, discipuli metu profugerant, unus ex illis etiam abnegaverat, qui beneficam Christi manum in miraculis senserant, mustitabant, mulieres Israëlita, quæ ex Galilæa ipsum secuta erant, ne hiscere quidem audebant, alios igitur innocentia Christi testes divinitus producuntur. Discipuli tacent, sed ipse proditor loqui & testari cogitur. Pontifices accusant, Pilatus Praeses Romanus patrocinator. Mulieres Israelita silent, sed ecce mulier ethnica fit concionatrix & præco innocentia Christi. Proinde non est, quòd ob virulentas adversariorum calumnias animo dejiciaris ac de innocentia testimonio sollicitus sis, excitabit Deus præcones ac testes innocentia ex numero eorum, à quibus tale quid sperare non fuisses ausus, modò internum conscientia honesta testimonium retineas. Hilar. can. 33. in Matth. statim in princ. hoc somnium mulieris ethnica præludium fuisse statuit vocationis gentium. *Species* (inquit) *in ea gentium plebis est, quæ jam fide-*

*lis eum, cum quo conversabatur, incredulum populum ad fidem Christi advocat. Quæ quia ipsa multum sit passa pro Christo in eandem gloriam futurae spei illum cum quo conversabatur, invitat. Posterior finis ostendit mulieres in aula tum pro Christo, tum contra Christum plurimum posse. Quid contra Christum & doctrinam Christi possint, docent exempla Jesabelis 1. Reg. 16. Atasia 2. Paral. 22. Herodias Matt. 14. &c. Constantia Constantini sororis apud Socrat. lib. 1. Histor. Eccles. cap. 19. Eudoxia Honorii conjugis in Tripart. lib. 20. cap. 13. Quid pro Christo & doctrina Christi possint, docent exempla Huldæ Prophetissa 2. Reg. 22. Helenæ Constantini matris apud Euseb. Pacilla Theodosii conjugis &c. ac nostra ætas ferax est exemplorum utriusque generis. Mariti igitur, præsertim viri principes caveant, ne blanditiis harum Sirenum exemplo Salomonis ab ethnicis mulieribus decepti à verbo Dei avertantur, sana verò uxorum consilia non repudient. Si Nabal obsecutus fuisset suæ Abigaili & Pilatus suæ conjugii, uterque foveam exitii cavere potuisset. Uxores etiam exemplo hujus sceminæ maritos placare & à peccato abstrahere studeant, si peccandi occasiones illis objici vident, adhibita tamen circumspessione & prudentia, quæ in Pilati conjugio h. l. deprehenditur. Proponitur autem in signe testimonium bonitatis divina in hac admonitione, quomodo scilicet Deus non delectetur hominum malitia ac pernicie, sed à peccato & interitu peccatum consequente eos prohibere soleat. Ut enim per somnium Abimelecho immissum prohibet eum à peccato adulterii Gen. 20. v. 6. ita quoque Pilatum per somnium conjugii immissum contra peccatum præmunuit. Si vel maximè discipuli Christi vel mulieres Galilææ testimonium innocentia Christo dedissent, illud tamen à Pilato utpotè Ethnico non fuisset magni æstimatum. Deus igitur per propriam conjugem infomniis territam ipsum admonet, cujus testimonium repudiare non poterat, ideoque factus est *ἀντιπατάξας* contra domesticum conscientia suæ & conjugii testimonium innocentem Christum condemnando.*

III. Barabbæ liberatio. Videtur quidem Pilatus hoc conjugii nuncio aliquantulum animatus ad patrociniū Christi contra Judæos suscipiendum, tandem tamen furori Judæorum cessit, ut sequens Historia ostendet. Pontifices enim ac Seniores somnium istud muliebris fabulæ ac delirii loco habuerunt, procul dubio judicârunt, Pilati conjugem utpotè sceminam ethnicam divinis somniis indignam esse, ideò pro vano ac temerario somnio illud esse habendum, proinde *perseverant turbis & concitarunt eas, ut Barabbam potius quam Jesum sibi liberum dimitti peterent.* *πρόβλη* est argumentis persuadere, blandis verbis allicere, blanditiis verborum delinere, oratione flectere, quo modo usurpatur Matth. 28. vers. 14. Actor. 5. vers. 36. cap. 14. v. 19. Item *aucupari favorem hominum* 2. Corinth. 5. vers. 11. Galat. 1. vers. 10. Syrus habet verbum *ὄνειρον* contentum reddidit, satisfecit, persuasit. Sensus igitur est, quòd cum deliberandi spatium ad optionem sibi propositam populo à Præside fuisset datum, Pontifices ac Seniores odio & invidia contra Christum ardentis verborum blanditiis ac variis rationibus, tum per se, tum per ministros, quos

quos in omnem turbam submiserant, populo persuaserint, ut Barabbam famosum illum latronem sibi liberum dari peterent, Jesum verò tanquam longè peiorem & pestilentiorum Barabba perderent, h. e. occidi ac perdi à Pilato postulerent. Joseph. lib. 13. antiq. Jud. c. 23. scribit, *Pharisæos apud populum Judaicum plurimum potuisse, sive exosum aliquem cupiant ledere, sive amicum juvare, valde enim his fidem habere vulgus, etiamsi per invidiam de aliquo male loquantur.* Comprobatur id manifesto hujus loci exemplo. Populus, vel certè aliqui in populo procul dubio favebant adhuc causæ Jesu, plurimi enim ex illis beneficam Christi manum in miraculis & curatione corporali fenderant, plurimi Lazarum ab ipso resuscitatum viderant, plurimi ante dies paucos publicâ totius civitatis gratulatione ipsum ut Regem exceperant, petiissent igitur Jesum sibi dimitti liberum. Sed Pontifices & Seniores non solum persuaserunt turbis, sed etiam *ἀνέστεισαν* commoverunt ac conturbant eas, ut Barabbam potius ipsis dimitteret, inquit Marcus, h. e. ut Barabbam sibi potius quàm Jesum dimitti à Pilato peterent. Utitur Evangelista eodem verbo, quo in sua contra Christum accusatione Pontifices usi fuerant. Syrus habet verbum *ἔπεισε*, *urset, sollicitavit*, quod Rom. 7. v. 5. usurpatur de impetu peccati in carne. Quidam Codd. legunt *ἀνέπεισαν*, *persuaserunt* ac retraxerunt in hanc sententiam, sed rectius legitur *ἀνέστεισαν*. Accusabant Christum, quòd hæreticâ & seditiosâ suâ doctrinâ conturbavit populum, sed ipsimet erant & hæretici & turbatores maximi, cum enim populus volentem ipsorum perditionem Jesu quærentium statim obsequi nollet, concitabant ac commovebant populum comminationibus excommunicationis, ut Jesum extinctum quærent. Primum quidem verborum blanditiis & argumentorum *παραλογίας* id obtinere conati sunt, dicentes, Jesum esse hæreticum, legi Mosaicæ contrarium, ab ordinaria cathedra Moysi discedentem ac novas doctrinas spargentem, jam vero hæresin esse delictum contra primam tabulam ac proinde gravius quibuscunque delictis contra secundam tabulam à Barabbâ commissis. Hæresin animæ, homicidium verò corpori tantum inferre mortem, ideoque Jesum hæreticum pestilentiorum esse Barabba homicidâ. Procul dubio repetiverunt antiquum illud Joh. 11. v. 48. *Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum & venient Romani & tollent nostrum locum & gentem.* Dixerunt igitur, Barabbas semel quidem in tumultu excitato seditiosorum cœtui sese conjunxit, sed hic Jesus perpetuas concitat seditiones tota ipsius doctrina & omnes actiones spectant ad seditio-nem, ipse est fax & tuba seditiosorum, metuendum igitur, ne in extremam totius Reipublicæ adeoque gentis nostræ perniciem illud cedat; Inculcarunt populo, Barabbam esse latronem publicis flagitiis infamem adeoque omnibus notum, nequaquam igitur ab eo tantum imminere genti Judaicæ perniciem, quàm à Jesu, qui vulgum norit fingere & pietatis velamine impietatem suam tegere. His ac similibus argumentis primo intuitu & judicio carnis satis plausibilibus populo persuadere conati sunt, ut Barabbæ dimissionem peterent. Cum verò argumentis & blandis verbis suum propositum obtinere non possent, concitarunt ac commoverunt turbas metu excommunicationis eas perterrentes,

ac repetentes decretum suum, ut si quis confiteretur Jesum esse Christum, ex ea Synagoga eiceretur. Joh. 9. v. 22. Apparet igitur, quantum possint contra Christum Sacerdotes illi pessimi, qui Ecclesiæ titulum sibi arrogant ac *παραλογίας* quibusdam plausibilibus populum à Christo avertant. Jerem. 10. v. 21. *Quia stultè egerunt pastores & Dominum non quaesierunt, propterea non intellexerunt & omnis grex eorum dispersus est.* Officium Sacerdotum erat populum Christo adducere, sed hujus sui officii penitus obliti populum à Christo avertunt. Pilatus Præfes ethnicus laborat pro optinenda Jesu liberatione, sed Proceres Judaici quærent Jesu perditionem, non satis fuit ipsis visum, si Barabbæ dimissio petatur, volunt etiam Jesu perditionem & mortem peti. Prælium hoc erat doctrinæ Christi à Synagoga Judaica repudiandæ, sed à gentibus ad ipsum conversis acceptandæ. Apparet etiam ex hoc loco quòd falsi Doctores applausum populi quærere soleant ac turbas concitare, ut veritatis confessores persequantur. Porro cunctante adhuc ac tergiversante populo Præfes quærit: *Utrum vultis vobis à duobus dimittam?* Matthæus dicit, *Pilatum respondisse*, h. e. cum Pontifices de hoc negotio cum populo consultarent, subjecisse. Respondere enim phrasi Hebraica dicitur etiam is, qui sermonem exorditur. Jam antè interrogaverat, utram ex duobus in medium propositis dimitti vellent, sed anteqvam respondissent, interveniebat nuncius uxoris admonitionem exponens, eo digresso Pilatus quæstionem suam repetit. *Exclamavit autem simul universa turba, dicens: Tolle hunc & dimitte nobis Barabbam.* *ἀνέκραξαν* *παμπαλιθεὶ* quidam vertunt per universam multitudinem, ut sit sensus, quòd pontifices & Seniores promiscuæ plebi intermissi clamarent, non Jesum sed Barabbam esse dimittendum. Sed *παμπαλιθεὶ* ponitur adverbialiter *consertim*, ut intelligatur totam turbam exclamasse, ac si diceretur, *πάντα τὸ πλῆθος ἀνέκραξαν* vel *πάντα τὰ ἀνέκραξε* vel per synthesin *ἀνέκραξαν*. Eodem modo usurpatur *παμπαλιθεὶ* apud Suidam. Talia adverbialia sunt *πανδημι*, *πανερατι*, *πανοικί*, quorum postremo utitur Lucas Act. 16. v. 34. Syrus vertit, *clamaverunt universa turba*, quia enim in antecedentibus dicitur Pontifices persuasisse turbis, ut peterent Barabbæ liberationem, Jesu vero perditionem, ex eo facile intelligitur, non solos Pontifices & Seniores plebi intermissos, sed etiam turbam universam exclamasse, ut Pilatus Barabbam dimitteret liberum. *Tolle hunc* (inquiunt) h. e. *aufer à medio, occidendum* tradita enim usurpatur verbum *αἶψα* Joh. 11. 48. Coloss. 2. v. 14. LXX. etiam usurpant de ablatione per mortem Esa. 57. v. 1. ac ponunt pro *DEUS* *absumptum* est, ut nihil amplius supersit. Esa. 16. v. 4. pro *γῆ* *succidit, abscedit*. Esa. 53. v. 8. *αἶψα τοῦ δούλου τῆς γῆς. ὡς ἄνθρωπος*. Syrus habet verbum *ἔπεισε* quod Matt. 9. v. 15. usurpatur de ablatione per mortem. Volunt igitur Christum à medio tolli ac radicibus extirpari, quem per contemptum vocant *hunc*, ut ne quidem nomine ipsum dignentur. Pilatus autem respondens iterum locutus est ad eos volens dimittere Jesum, & dixit illis: *Quid igitur vultis faciam Jesu, qui dicitur Christus, quem dicitis Regem Judæorum?* Rupertus in cap. 19. Joh. existimat, Pilatum reverà idem voluisse, quod Judæi, videlicet Christi occisionem, sed more politicorum propositum suum dissimulasse, cum rem

totam ponat in Judæorum invidentium & accusantium arbitrio. Atqui Lucas disertè dicit, Pilatum hæc interrogasse *volentem dimittere Jesum*, quod ipsum etiam confirmat Petrus Act. 3. vers. 13. *tradidistis Jesum & negastis ante faciem Pilati judicantis illum dimitti*. Ex animo igitur & quidem admirandus quærit Pilatus: Si Barabbas dimittendus sit, quid cum Christo fieri vellent? Persuasum sibi habebat firmissimè, liberationem Jesu à populo flagitandam, cum verò injustam & impudentem postulationem audiret de Barabba dimittendo, Jesu verò occidendo, attonitus obstupescit, nec tamen desistit causæ Jesu patrocinari, querens. Quid cum illo agendum censeant? an illum etiam propter festi solennitatem dimittendum esse statuunt? Non arguit impudentiam ipsorum, quòd famosum latronem ac seditiosum hominem sibi dari postulent, ne ipsorum furorem magis irritaret, sed volens dimittere Jesum, quærit, quid de illo fieri velint, ut placidis verbis illos invitet, ut cum nocente Barabba etiam innocentem Jesum dimitti petant. Chrysostr. observat, *quòd rem totam in illorum potestate Præses ponat, ut clementiæ ipsorum eorum tribuens obsequio illos caperet ac mitiget*. Repetit etiam nomen Christi ac Regis Judæorum passim ab omnibus Jesu attributum, ut tacitè suggerat ipsis argumentum, quo moveri debebant, ut Jesum liberarent. Si non censetis homini parcendum, vestræ estimationi parcite ac vestri honoris rationem habete, ne stupendâ quadam inconstantia occidi postuletis eum, quem pro Messia ac Rege vestro publicâ gratulatione excepistis. At illi rursus clamaverunt omnes tam populus scilicet quàm Pontifices & Seniores; uno ore clamârunt omnes, *Crucifigatur crucifige, crucifige eum*. Repetitionem verbi Crucifige August. eò refert, quòd Judæorum voluntas fuerit, *ut simul honor & persona Christi crucifigerentur*. Origenes iterationem illam eò accommodat, quòd *Pilatus Christum crucifigere debeat manibus, Judæos verò cordibus ipsum esse crucifixuros*. Sed simplicius refertur hæc iteratio ad exprimendum odium extremum, & singulare desiderium mortis Christo quàm citissimè irrogandæ. Nullam invenire vel probare poterant in Christo causam mortis, & tamen ad ignominiosissimum ac gravissimū crucis supplicium insanis clamoribus ipsum deposcunt. Ad hoc in ducti erant persuasionibus ac comminationibus Pontificum, qui probrosissimo & atrocissimo mortis genere Christum cupiebant interemptum, ut nomen ipsius apud omnes redderetur execrabile, quia *lex maledictum eam pronunciat qui in ligno pendet*, Deut. 21. v. 23. Gal. 3. v. 13. sic ergo non solum vitam Christo eripere, sed etiam famam ipsius abolere, imò nomen ipsius è terra eradicare cupiunt. Orig. tract. 35. in c. 27. Matth. notat, quòd nullâ Præsidis reverentiâ ducti rabiosorum canum instar Christum allatrarent. *Nec hoc erubescerent*, inquit, *quòd Pilatus Jesum Christum esse confitebatur, nec modum impietatis servantes dixerunt omnes, crucifigatur*. *Et si quidem Barabbam dimitti, Jesum vero non petissent crucifigi, sed in potestate dimisissent Pilati, ut faceret de eo, quòd vellet, adhuc magna esset impietatis, quòd relicto justo homicidam petissent: nunc autem multiplicaverunt impietatis suæ mensuram, non solum homicidam postulantes ad vitam, sed etiam justum ad mortem, & mortem turpissimam crucis*. Pontifices hæcenus non exposuerant Pilato, quo mor-

tis genere Christum affici vellent, licet jam antè in suo concilio illud decreverant, sed cum Pilatus h. l. quærit, quid de Jesu fieri vellent, optatam sibi datam occasionem censent ipsum mortis supplicium exprimendi. In judiciis benè constitutis ipsi iudices nequaquam vero accusatores sententiam ferunt & supplicii genus determinant: sed contrarium factum est à Judæis, illi enim non relinquunt mortis speciem Pilati arbitrio, sed sententiam ejus præveniunt; atque ipsimet genus mortis, quòd Christus sustinere debeat, denominant. Eligunt vero tale supplicium quòd est & ignominiosissimum & atrocissimum. Ignominia crucifixionis patet ex eo, quòd hoc supplicii genus non nisi servis & vilibus personis ob latrocinia, seditionem, læsam majestatem & similia flagitia fuerit irrogatum, unde mala crux, infelix lignum, infamis stipes &c. publico sermone apud gentes dicebantur, quòdque crucifigendi nudabantur in conspectu omnium & convitiis atque injuriis promiscuæ turbæ erant expositi. Atrocitas crucifixionis patet ex intensissimo dolore in partibus nervosis perforatione clavorum excitato atque ex diturna illius doloris protractione, quæ de re inferius plura dicemus. Mirum vero alicui videatur, quo colore ausi fuerint à Pilato postulare, ut ignominiosissimum & atrocissimum mortis supplicium irrogaret ei, cui publicum innocentie testimonium dederat? Sed facile intelligitur, quòd accusationem seditionis & affectati regni repetiverint & quia Barabbas liberandus erat, ideò petierunt supplicium latronis & seditiosi Barabba in Christum transferri, qui sit multis modis nocentior atque peior. Pilatus rursus tertio ad illos dicit: *Quid enim mali fecit hic? nullam causam mortis nec ullum crimen capitale in eo invenio, castigatum ergò dimittam illum*. Pontifices & turbæ à Pontificibus impulsæ repetierant accusationem suam contra Christum, Pilatus igitur repetit innocentie testimonium. *Quid enim mali fecit? πλεονέκτητο ὅδ*, & est tantummodò expletivum in quæstione. Quòdnam commisit hic delictum tantum, ob quòd crucifigendus sit? In examine nihil quicquam tale in eo deprehendi potuit. Sic igitur denuò judicis voce Christus absolvitur atque innocens pronunciat, quòd non sine causâ tam diligenter inculcant Evangelistæ, Pilatum scilicet tertîa vice innocentie testimonium Christo dedisse & de ipsius liberatione tantoperè laborasse, ut ex eo intelligamus, non ob ullum vel leve aliqquod peccatum Christo supplicium crucis fuisse irrogatum, sed unicè propter nostrâ delicta, quæ ipse expianda in sese susceperat. Quòd autem Pilatus subjungit, *Castigatum ergò dimittam illum*, in eo redit ad ingenium & propositum suum pristinum. Cum ab Herode ad pratorium videret Christum reductum, cogitavit Pontificibus aliqva ex parte se velle gratificari castigando sive flagellando Jesum, ut saturatâ ipsorum rabie à pœna mortis liber abiret: sed cum consuetudo dimittendi aliqvem captivum tempore Paschatos in mentem ipsi veniret, judicavit, hac occasione etiam citra flagellationem Christi liberationem procurari posse, ideò una cum Barabba ipsum populo proposuit atque alterutrum ex illis eligendum esse voluit, qui dimitteretur liber ac festo donaretur. Sed cum præter omnem suam expectationem Barabbam Jesu præferri videret, redit ad

ad prius consilium de flagellando Jesu; conscientia ipsi dicitur, Jesum esse innocentem, ideoque in mortem ejus non esse consentiendum, sed quia Pontificum odia in se concitare verebatur, ideo flagellatione Jesu ipsis gratificari cogitat, modò vitā velut prædam à tribunali Christi reportet. At illi magis ac vehementius clamaverunt, *Crucifigatur, crucifige eum*. Nolebant esse contenti flagellatione, sed *ακρασσοειπας* vehementius & intensius clamabant, *Crucifigatur*. Non habebant quod criminis loco ulterius objicerent, totam accusationem suam prudenti examine & responso Pilati videbant depulsam, ad insanos igitur clamores convertuntur, ut impudentibus vociferationibus obtineant, quod legitimo processu, causæ bonitate & precibus obtinere nequiverant, hæc enim impudentium hypocritarum & rabularum in foro litigantium indoles esse confuevit. Hosce clamores suos beluinos non semel, sed aliquoties repetiverunt, unde Johan. addit: *Clamaverunt autem rursum omnes dicentes, Non hunc, scilicet dimitti cupimus, sed Barabbam*. Atque ob rei indignitatem exprimendam repetunt Evangelistæ descriptionem & elogium Barabbæ, quod fuerit latro, qui propter seditionem quandam in civitate Hierosolyma factam & propter homicidium in seditione commissum conjectus erat in carcerem, ut exacto Paschatos festo dignum daret flagitiis suis supplicium. Hic scilicet promeritus erat, ut tantis clamoribus liberationem ejus populus flagigaret repudiato Jesu, doctrinā, miraculis & beneficiis publicè noto. Lucas addit: *At illi Pontificum scilicet ministri ac totus populus instabant vocibus magnis postulantes, ut crucifigeretur & invalescendæ voces eorum ac summorum Sacerdotum*. *Φρουροι* propriè significat superimpositum esse, sicut galea capiti & onus aliquod humeris incumbit. Apud Thucyd. lib. 7. usurpatur de hostibus urgentibus ac prementibus aliquem & quidem plerunque fugientē, quæ significatio huic loco optimè accommodari potest. Cum enim Judæi viderent Pilatum in hoc conflictu de Jesu vel liberando vel crucifigendo labascere ac retrocedere, dum non utitur judiciariâ suâ auctoritate, sed in gratiam accusatorum jubet innocentem flagellare, inde redduntur animosiores, urgent ac premunt eum, ut crucifixionem, cujus anteambulo solebat esse flagellatio, tandem ab ipso extorqueant. Luc. 5. v. 1. usurpatur de populo Christum urgente ac comprimente, ut cogeretur navim ascendere & ex ea docere. Sic h. l. populus comprimit & quasi constringit Pilatum suis clamoribus, ut à patrocinio Christi desisteret, inque ejus crucifixionem tandem consentiret. Job. 19. v. 3. usurpatur pro *דבר* quæ vox semel tantum extat in Bibliis, quidam vertunt *agnitus fuit* ex paraphrasi Chaldaica, quidam verò illudit. Luth. *circumegit*. Ita quoque h. l. Pilatus clamoribus populi velut vento ac turbine quodam circumtagitur, cum non insitât justitiæ basi. Syrus habet verbum *דבר* *instabit, urset, magno studio incubuit*. Dicuntur autem institisse vocibus magnis, quidam referunt hæc ad sequens verbum *αἰρεῖσθαι* *instabant & vocibus magnis postulabant*, sed Syrus retulit ad præcedens verbum *ἐπιεισθησθε*, ac res eodem recidit, quocumque tandem referantur. *αἰρεῖσθαι* significat non solum petere, sed etiam postulare, quo modo usurpatur Marc. 6. v. 23. Luc. 1. v. 36. Act. 13. v. 21. &c. unde Syrus h. l. vertit per *δυνασ* *postulavit*. Sensus igitur est, quòd non amplius mo-

destis precibus Pilatum rogārint, sed insanis clamoribus postularint, ideo additur, quòd invaluerint voces ipsorum. *καταρξεν* est *viribus adversus aliquem prevalere, opprimendo aliquem vincere*. Matth. 16. v. 18. Persistit Evangelista in cœpta metaphora, quòd Pontifices ac turbæ Pilatum retrocedentem clamoribus aggressi fuerint, ipsique prævaluerint, ut voluntati ac desiderio ipsorum sese obsequentem præstaret. Cyrillus insanas illas clamorosi populi voces confert cum rugitu leonis & accommodat huc locum Propheticum. Jer. 12. v. 8. *Facta est mihi hereditas mea (h. e. Synagoga Judaica) quasi leo in sylvis, dedit contra me vocem suam. Fertur (inquit Cyrillus) leo, cum animal aliquod capere vult, ingentem rugitum edere, quo animalia, quæ propinqua sunt, perterrita cadunt. Quasi leo in sylva adversus Salvatorem facta est Synagoga, nam quamvis nullo ille terrore percussus sit, tamen clamoribus suis Christum Synagoga interfecit*. Psal. 22. v. 15. *Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens & rugiens*. Sophon. 3. v. 3. *Principes ejus in medio ejus quasi leones rugientes, judices ejus lupi vespere, qui ne ossa quidem relinquunt in mane*. Talem vero exitum solet habere præpostera judicum timiditas, quâ judicium de causis gravibus cæco populo permittitur, qui cum sit multorum capitum belua, seditionis terrore à justitiæ tramite facili negotio penitus abripit judices. Debuisset Pilatus auctoritate ac potestate suâ, quâ divinitus circumdatus erat, Romani Imperioris vicem tenens, injusta populi Judaici postulata coercere, odia Pontificum contemnere, & causam innocentis absque affectuum nube fereno vultu atque animo defendendam suscipere, eventum negotii committendo Deo summo illi justitiæ & judiciorum patrono, sed cum metu odiorum & seditionis paululum à justitiæ via deflectit, mox obtunditur insanis populi clamoribus, ut totus pessum eat atque alienæ libidinis turpissimum mancipium sese præstet. Quæ enim necessitas cogit Pilatum, ut Jesum, quem innocentem noverat, cum turpissimo latrone conferret? potuisset Judæos imperio suo coercere, ne pergerent innocuo esse molesti: vel si omninò voluisset hanc collationem instituere, potuisset eos cogere, ne peterent autorem seditionum dimitti in perniciem Reipublicæ, sed cum reveritus odia Pontificum & seditionem populi, semel obsequitur ipsorum cupiditatibus, seipsum magis atque magis involvit. Cum primis notanda h. l. stupenda populi mobilitas & in constantia. Vix dum triduum præterierat, cum Christus publicâ gratulatione pro Messia exciperetur, hic verò non solum ab eo deficiunt, sed insuper ad mortem ipsum magnis clamoribus deposcunt. Illic clamant, *Hosianna*, hic verò, *Crucifige*. Illic clamant, *Benedictus qui venit Rex Israel*: hic verò, *Non habemus Regem nisi Casarem*. Illic præferunt olearum ac palmarum ramos, hic verò coronam spineam ipsi imponi patiuntur. Illic substernunt vestes suas Christo, hic verò propriis vestibus ipsum denudari, imò crucifigi postulant. Nihil ergò vanius aut stolidius quàm favorem populi aucupari ac propter eum contra conscientiam agere vel populi favore in rebus novis moliendis niti. Nullum mare, nullus Euripus majores volvit fluctus quàm instabile vulgus affectuum ventis totum obnoxium. Detestanda pol hæc est impietas & instabilitas, quòd Christo docenti Scri-

bas

bas & Phariseos taxanti, divina miracula edenti & magnam multitudinem in deserto paucis panibus cibanti tam copiose adherent, quin & regium honorem ipsi offerunt, hic verò cum in vincula coniectum & à Proceribus mortis damnatum vident, non minus quàm ipsi Pontifices extinctum eum cupiunt. Eodem ingenio præditi sunt, qui tranquillis Ecclesiæ temporibus credunt vel credere sese simulant, sed in persecutionibus iterum deficiunt, quandoque etiam ipsi persecutoribus sese conjungentes Christum in suis membris iterum crucifigunt. Heb. 6. v. 6. Quando Judæi Barabbam hoc loco dimitti, Christum verò crucifigi postulant, quid aliud querunt agunt, quàm quòd tenebras luci, autorem mortis auctori vitæ & filium Diaboli Filio Dei præponunt? *Autor mortis erat, jussus qui sumere lucem: Autor lucis erat, jussus qui sumere mortem,* canit Seditius Anshelmus: *O iniquum judicium, bonus despiciatur & iniquus postulat: justus punitur, & peccator liberatur: agnus occiditur & lupus acceptatur: vitæ deseritur, & mors reservatur.* Quando clamant, *dimitte nobis Barabbam, Christum verò crucifige,* quid aliud dicunt, quàm occidatur ille, qui mortuos suscitavit: dimittatur latro, ut iterum vivos occidat? Christus erat illustris beneficiis, Barabbas latrocinii: Christus erat pacis autor, Barabbas seditionum concitator: Christus erat insignis prædicator, Barabbas insignis prædator. Christus erat Propheta suscitans mortuos, Barabbas erat latro occidens vivos. Christus erat Magister omnium bonorum, Barabbas antesignanus omnium facinorosorum, nihilominus Christum condemnari, Barabbam v. liberum dimitti postulant. Hanc impietatem & perfidiam graviter illis exprobrat Petrus Act. 3. v. 13. *Jesus Dei Filium tradidistis & negastis eum ante faciem Pilati judicantis ipsum dimitti. v. 14. Vos autem sanctum & justum negastis & petistis virum homicidam donari vobis. v. 15. autorem verò vitæ interfecistis.* Christus justo zelo ipsos vocaverat *filios Diaboli,* Joh. 8. 44. id re ipsa hoc loco demonstrant, siquidem opera patris sui faciunt & Barabbam filium patris sui Diaboli liberant. Erant ipsi sanguisugæ sitientes innocuum sanguinem, inde gaudent societate sanguinariæ ac seditiosi latronis. Promeruerunt autem hac suâ electione, ut pro Christo, quem repudiaverunt, Diabolum Regem habeant, qui itidem est *homicida ab initio* Joh. 8. v. 44. & autor infelicis seditionis ab Angelis & hominibus contra Deum excitata. Latroni sibi donari petierunt, Christo omnis felicitatis ac salutis auctore à se ablegato, factum igitur divino judicio, eodemque justissimo, ut à salute in Evangelio Christi oblata excidentes omnium odiis, rapinis & injuriis miserimè sint expositi, quæ de re Psal. 109. latè tractatur. v. 18. *Dilexit maledictionem & venit ei, noluit benedictionem & elongabitur ab eo. v. 19. & induit maledictionem sicut vestimentum & intravit sicut aqua in interiora eius &c.* Beda in cap. 15. Marci. *Hæret adhuc Judæis usque hodie ipsorum petitio, quam tanto labore imperarunt. Quod enim datâ sibi optione pro Jesu latronem, pro Salvatore interfectorem, pro datore vitæ elegerunt ademptorem, meritò salutem perdidit & vitam, & latrocinii sese in tantum subdiderunt, ut & patriam regnumque suum, quod plus Christo amare, perdidit & hætenus eam, quam vendere sive corporis, sive anima libertatem recipere*

non meruerint. Gloss. ord. *Filium Diaboli elegerunt pro Filio Dei, ut salvatorem cum sua salute perderent & proditorem liberarent, quæ ipsorum petitio hodie etiam eis hæret amissâ gente & loco & libertate, quia datorem libertatis perdere voluerint.* Dubitari omnino nequit, hæc ignominiam maximum dolorem Christo peperisse, quòd flagitiosissimus latro publicè Christo peperisse, quòd ipsi præponitur. Quamvis enim noluerit liberari ob solemnitate dicitur festi, ac si flagitiis suis promeritus esset mortem, sed festo donaretur: quamvis etiam in gratiam Paschatos dimittere noluerit, qui hoc sine in mundum venerat, ut tanquam verus agnus Paschalis in festo Paschatos immolaretur: tamen non potuit non gravissimum dolorem ipsi afferre, quòd sceleratè homicidam & sanguinarium latronem sibi præferri videret. Voluit autem propter nos hanc ignominiam sustinere. Susceperat in se peccata nostra expianda, abjicitur ergo infra latronem, quòd peccatis nostris, quæ coram Deo quovis latrocinio quandoque graviora sunt, satisfaceret. Destinatus erat à Deo velut *adversarius* quoddam pro expiandis hominum peccatis, ideo infra latronem & homicidam hominem placularem se dejici passus est. Nos propter peccata nostra digni eramus, quos omnes creaturæ odio prosequerentur, Christus igitur pro peccatis nostris satisfactor publico omnium odio & execratione obruitur, ut gratiam Patris cœlestis nobis promereatur. Nos digni eramus abjici in locum eum, in quo est *stertus, ululatus, clamor, ac dentium stridor.* Matth. 13. v. 42. c. 21. v. 13. Apoc. 9. v. 6. ut perpetuò clamarem, *Montes, cadite super nos & petra, abscondite nos* Apoc. 6. v. 16. Christus autem ferinos illos populi clamores atque ululatus experitur, ut ab æternis clamoribus atque ululatibus nos liberet ac perducatur in locum eum, in quo *nec luctus, nec clamor, nec dolor erit ultra* Apoc. 21. 4. Quòd si idem nobis in hoc mundo contingat, ut vilissimis ac flagitiosissimis hominibus non solum cœquemur, sed etiam postponamur, cogitemus nostram cum Christo capite conformitatem id requirere, ac mundum antiquum suum perpetuò obtinere. *Mundus diligit quæ sunt sua, ergo si mundus nos odit, sciamus quia Christum prius odio habuit* Joh. 15. v. 18. *si de mundo essemus, mundus nos diligeret, quia verò de mundo non sumus, sed Christus elegit nos de mundo, propterea odit nos mundus.* 19. Solet mundus beneficia sua hoc modo distribuere, ut Barabbam dimittat liberum, Jesum verò crucifigat, hoc est, ut indignissimis quibusquæ bona sua conferat, sed Christi membra egere, esurire & algere patiatur. Mutabitur verò olim hæc rerum facies, atque ut Christus infra hominem abjectissimum collocatus ad summam sublimitatem ac majestatem tandem est evehctus, ita quoque membra Christi omnes verè pii pro rejectamentis in mundo habiti, cœlesti quondam gloriâ & honore reddentur conspicui. Sed nec in hoc mundo destituntur consolatione & auxilio, si quando tam abjectè & serviliter tractantur, siquidem Christus hanc ignominiam & dolorem etiam hoc sine suscepit, ut illis, qui similiter afficiuntur, condolere ac succurrere posset, Hebr. 4 v. 15. &c.

*Autori mortis vitæ postponitur autor,
O autor vitæ, mors tuâ vitæ mibi est.*

CAPUT CXCIV.

CHRISTUS FLAGELLATUR AC SPINIS
CORONATUR.

Matth. 27. v. 27. Marc. 15. v. 16. Joh. 19. v. 1.

RATIO ORDINIS.

Um Pilatus Judææ præses præter omnem opinionem & expectationem audiret, Barabbæ liberationem, Christi verò crucifixionem à populo expeti, redit ad medium prius propositum & Jesum flagellandum militibus tradit, sperans crudelitatem populi hac poenâ, capitali supplicio proximâ, satiari posse, ne cogeretur innoxium sanguinè contra conscientiam effundere. Matthæ⁹ & Marcus flagellationem Jesu post dictam mortis sententiam collocant, juxta quâ narrationem feriem Christi⁹ tunc demum flagellat⁹ intelligendus esset, cum crucis supplicium ipse esset adjudicatum. Solebant enim Romani adigendos in crucem prius flagellare. Sed ex Johanne manifestè colligitur, flagellationem Jesu ideo fuisse à Pilato militibus demandatam, ut esset medium, iper quod crudelitas Judæorū satiaretur, Jesus verò ab ultimo supplicio liberaretur, ut perinde ante dictam mortis sententiâ in Harmonia sit collocanda. Quidam ergo statuunt, Jesum bis fuisse flagellatum, semel quidem ante mortis sententiam, atque hanc flagellationem describi à Johanne; deinde alterâ vice post prolatam mortis sententiam; atque hanc flagellationem describi à Mattheo &

Marco. Illam debuisse esse medium placandi furorem Judæorum tantis clamoribus mortem Christi postulantium, hanc verò fuisse crucifixionis præambulam juxta leges & ritus Romanos. Sed probabilior est Augustini sententia, semel tantum fuisse Jesum flagellatum & quidem ante dictam mortis sententiam, ideoque in descriptione Matthæi & Marci esse quandam recapitulationem. lib. 3. de consens. Evangel. cap. 9. Johannes enim post reliquos Evangelistas scribens ordinem exponere voluit, insinuans causam flagellationis à Matthæo & Marco prætermisissam. Idem colligitur ex Luca, apud quem Pilatus dicit ad Judæos. *Nullam invenio causam mortis in hoc homine, castigatum ergo eum dimittam*, ex quo intelligitur, quod Pilatus flagellationem voluerit esse castigationem quandam liberationi Jesu inservituram. Illusiones militum quidam postponunt decretoriæ sententiæ crucifixionis. Quidam dicunt, Christum bis in prætorio illusiones illas fuisse expertum. Sed quia flagellationi conjunctæ fuerunt militares istæ illusiones, ideo idem est de illis judicium, quod scilicet ante decretam mortis sententiam Christus à militibus tam miserè & crudeliter fuerit tractatus.

CHRISTI FLAGELLATIO ET CORONÆ SPINÆ
IPSI FACTA IMPOSITIO.

MATTH. 27.

- | | |
|---|---|
| 27. Τότε οἱ στρατιῶται τῆ ἡγεμονίας τῶν ῥωμαίων συναγαγόντες τὸν Ἰησοῦν εἰς τὸ πραιτώριον συνήγαγον ἐπ' αὐτὸν ὅλην τὴν σπείραν. | 27. Tunc milites Præsidis suscipientes Jesum in prætorio congregaverunt ad eum universam cohortem. |
| 28. Καὶ ἐκδύσαντες αὐτὸν περιέθηκαν αὐτῷ χλαμύδα κοκκίνην. | 28. Et cum exuissent eum, circumdederunt ei chlamydem coccineam. |
| 29. Καὶ πλέξαντες σέφανον ἐξ ἀκανθῶν ἐπέθηκαν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ καὶ κάλαμον ἐπὶ τὴν δεξιὰν αὐτοῦ καὶ γονυπετήσαντες ἐμπροσθεν αὐτοῦ ἐνεπαύον αὐτῷ λέγοντες· χαίρε ὁ βασιλεὺς τῆ Ἰουδαίας. | 29. Et coronam de spinis contextam imposuerunt super caput ejus & arundinem in dextram ejus & genu flexo ante eum, illudentes ei, dicebant: Ave Rex Judæorum. |
| 30. Καὶ ἐτυπύσαντες εἰς αὐτὸν ἔλαβον τὸν κάλαμον καὶ ἔτυπον εἰς τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. | 30. Et cum exuissent in eum, acceperunt arundinem & percutiebant caput ejus. |

MARC. 15.

- | | |
|--|--|
| 16. Οἱ ἡ στρατιῶται ἀπήγαγον αὐτὸν ἔσω τῆς αὐλῆς ὃ ἐστὶ πραιτώριον καὶ συνακάλεσαν ὅλην τὴν σπείραν. | 16. Milites autem abduxerunt eum intro in atrium, quod est prætorium & convocant eum coram cohortem. |
| 17. Καὶ ἐκδύσαν αὐτὸν πορφυράν καὶ περιέθεισαν αὐτῷ πλέξαντες ἀκανθῶν σέφανον. | 17. Et induunt illum purpurâ & circumponunt ei contextam spinis coronam. |
| 18. Καὶ ἤρξαντο ἀπαγγέλλειν αὐτῷ, χαίρε βασιλεὺς τῆ Ἰουδαίας. | 18. Et ceperunt salutare illum, Ave Rex Judæorum. |
| 19. Καὶ ἔτυπον αὐτῷ τὴν κεφαλὴν καλαμῶ καὶ ἐτύπον. | 19. Et verberabant illius caput arundine & in- |